6,a

DISSERTATIONIS JURIDICÆ

DE

OPERARUM DEBITARUM MUTATIONE,

Von

Veränderung der ſchuldigen Dienſte/

PARS SECUNDA

QUAM

ANNUENTE DEO

PRÆSIDE

DN. MELCH. DETHMARO GROLMAN,

JCTO, CONSILIARIO HASSO-DARMSTATTINO ET PROFESSORE IN ALMA LUDOVIC. ORDIN. LONGE CELEBERRIMO,

IN AUDIT. JCTORUM SOLENNI

DIE XII. MAJI. MDCCXIV.

DEFENDENDAM SUSCIPIET

PHILIPP. ERNEST. HOFMANN,

WEZLARIENSIS.

GIESSÆ,

Typis EBERH. HENR. LAMMERS, Acad. Typogr. 1733.

Digitized by Google

Digitized by Google

CAP. III.

De Apparente Operarum Mutatione.

SUMMARIA.

In §. 1. Ratio connexionis traditur, eſtque mutatio operarum licita, alia apparenter, alia revera talis.

Rationes dubitandi, an Status Imperii poſſint ſubditos, qui ſub jurisdictione Nobilium degunt, ad operas bellicas cogere? §. 2. proponit.

In §. 3. Ejus quæſtionis Declaratio.

Et Deciſio affirmativa in §. 4.

Ampliatio cum ulteriori probatione in §§. 5. & 6. ſequitur.

Idemque Jus in §. 7. ad Angarias & Parangarias extenditur.

§. 8. & 9. Porro Nobilium ſubditi, Regionum Dominis, operarum præſtationem, ſi munimentum in ſecuritatem totius Regionis eſt exſtruendum, reparandum &c. denegare nequeunt. Ubi & occaſionaliter de Jure Fortalitia erigendi latius agitur.

Et materia hac in §.10. exemplis ex antiquitate Germanica deſumptis illuſtratur.

§. 11. Neque immunes erunt ab exſtructione vel reparatione Palatii, quoties Principi media deficiunt.

Quod & ad reparationem Domuum publicarum, aquæductuum, portuum, fontium, pontium &c. pertinere oſtenditur in §. 12.

De Diſtributione onerum & in his omnibus ſervanda æqualitate §. 13. agit.

§. I.

ILlicitam Operarum Mutationem in priori Diſſertationis parte quantum temporis ratio & occupationes quotidianæ tunc permiſerunt, ſummo quaſi digito tetigimus, juſtus ordo, ut de licita earum, vel Aggravatione vel Mutatione, ſanum Juris prudentiæ ductum ſequentes, paucis agamus, poſtulare videtur, quod priusquam fiat, omnino præſciendum, non omne id, quod hodienum opinione vulgi paſſim mutatio audit, ſemper in ſenſu proprio & ſtricto, invidioſum hocce nomen mereri; Eſt enim, ut diffuſum præſentis materiæ ambitum certis cancellis includamus, Licita operarum mutatio, alia Apparenter quam in hoc, alia Revera talis, quam in *Cap.* 4. latius explicabimus: Age ergo exemplis rem breviter illuſtremus.

§. II.

Ita vulgares in Germania ubivis ferme locorum ultro citroque circum volant querimoniæ, quod ſubditi à cura domeſtica ad militiam, à ſtiva ad arma, inaudito olim apud liberum populum more, pacis bellique tempore, cogan-

cogantur, neque etiam ex prudentioribus omnes, hunc exorbitantem cum Subditis procedendi modum, æquo animo ferunt, aut eum Juſtitiæ conformem eſſe, aſſeverare audent; Et ſane multa ſunt, quæ Imperantibus obicem ponere atque hanc facultatem denegare videntur; ſive enim conditionem perſonarum reſpicias, hæc eos agris colendis, ſerendis, fructibusque colligendis, in genere agriculturæ, opificiis, aliisve laboribus addicit *t. t. de Agric. & cenſit.* Sive æquiſſimas veterum Imperatorum Conſtitutiones accurata mentis indagine perluſtres, his, ne à ſolita & hactenus uſitata ruſtici opera avocentur, extraordinariisque oneribus ſubjiciantur, ſtricte inhibetur *l. un. C. Ne Oper. à Collat. exig. l. 1. & 2. Cod. Ne Ruſtican. ad ull. obſeq. devoc.* &c. Hinc Officiales, inconſueta à ſubditis ſervitia exigentes publicatione bonorum & exilio mulctantur *d. l. 2. C. Ne Ruſtican. ad ull. obſeq. devoc.* Nec arma decent Ruſticos, ſed ipſis uſum eorum penitus ademptum eſſe in *l. 4. C. de Mancip. & Colon. l. 3. C. qui militar. non poſſunt & 2. feud 27.* legimus; ſive denique admiranda etiam victorum belli exempla intuearis; Ecce Nebuſar Adanus Princeps militiæ, capto Rege Sedekia, ejusque Liberis, paternos ante oculos trucidatis, civibus plerisque interfectis, agricolas incolumes quietosque curandis agris ſuis dimiſit, villasque ſuburbanas ipſis reddidit, vid. Proph. Jerem. Cap. 52. ℣. 6. manifeſto ut ajunt indicio mutationem operarum ruſticarum in bellicas hoſtibus quoque viſam fuiſſe injurioſam, adde Gregor. Tholoſan *Lib. 4. cap. 8. n. 5. & ſeq.* Choppin. *de Privil. Ruſt. Lib. 1. cap. 1. & ſeq.* Unde Brunnem. *ad l. 1. C. ne Ruſtican. ad ull. obſeq. devoc.* non teneri ſubditos, niſi ſimul feudum habeant, Dominum ad Bellum euntem ſequi, *n. 6. & 7. & ad l. un. C. ne Oper. à Collat. exig.* & ne quidem Regionum Dominos

 reſpectu

reſpectu operarum fundatam Intentionem habere, ſed aſſerenti onus probandi incumbere, ſtatuere non dubitat, hancque ſententiam communem eſſe, ex Klock. *de Contribut. cap. 2. n. 40.* (quamvis alii indiſtincte non tantum ratione operarum eminentium ſed & vulgarium in Statibus Imperii contrariam ſuſtineant Text. *in I. P. Stat. Imp. §. 4. n. 301.* Myl. *de P. & S. J. c. 72.*) demonſtrare nititur.

§. III.

Verum in tam ſpinoſa Juris Publici Quæſtione, non una opus eſt cautela, 1.) enim non de operis quibuscunque, quas nos in priori Diſſertationis parte, Vulgares nuncupavimus, ſed de iis, quæ temporibus belli & pacis, neceſſitate ingruente exiguntur, quibusve apti redduntur homines, ad hoſtem qua data occaſione vel invalendum aut à finibus arcendum quæque ex eminentiori quodam principio, veluti Jure Majeſtatico, vere vel analogice tali, fluunt, Intereſſe publicum, Reipublicæ, omniumque ſubditorum conſervationem directo reſpiciunt, nobis in præſentiarum ſermo eſt; Unde harum exactio perinde uti & jus Luſtrationis ac Sequelæ (die Muſterung und Folge) iis, qui ſimplici tantum Jurisdictione gaudent, niſi id forte ſe privilegiis aut inveterato uſu obtinuiſſe, probare queant, merito denegatur Mev. *in Comment. ad Jus Lubec L. 1. T. 2. n. 32.* Ahasv. Fritſch. *Opuſc. var. jur. publ. & priv. Tract. 9. cap. 6. n. 4.* Hoc quoque monendum, quod in nonnullis Gueſtphaliæ locis, Dominis Jurisdictionalibus, Principis juſſu prævio, quando ſubditi ad bellum evocantur, electio inter mittendos, modo tamen habiles & ad militiam apti ſiſtantur, haud denegari ſoleat, quæ facultas etiam Ordini Teutonico in quibusdam Principatus Marburgici pacis, ex ſpeciali Transactione conceditur. Præſciendum 2.) Regionum

Domi-

Dominis, omnia & ſingula Superioritatis Territorialis Jura in complexu ſpectata aptitudinaliter, quamvis in individuo iis nunquam uſi fuerint, imo talia noviter prius exſtiterint, competere: Ita nimirum metalla diu in terra abſcondita, nunc prius detecta; ſine dubio Principibus & Statibus Imperii adſcribimus, licet ea propitium vel iratum Numen hactenus negaverit vel de metallifodinis aperiendis, nemo cogitaverit, aut etiam Anteceſſores conſulto curam earum neglexerint, vel commodiori occaſioni reſervaverint. Vid B Dn. Hert. *Diſſert. de Superiorit. Territ. Th.* 46. Pari omnino modo, quando Princeps hactenus ad arma nunquam ſubditos evocavit, hoc enim indulgentiæ & clementiæ ejus,(cui alia forte media ſe ſuosque ab injuriis aliorum incolumes ſervandi ſuppetierunt) tribuendum erit, ſubditi interim nullum jus exemtionis prætendere, aut operas has ad ſalutem patriæ vel præſentem vel futuram tendentes, ullo præſcriptionis immemorialis prætextu, utpote quæ juxta tradenda in *cap. ſeq.* in Juribus incorporalibus non niſi à Contradictione evocati, & acquieſcentia exigentis initium capit, vid. Struv *S. J. C. Exercit.* 43. *Th.* 15. declinare poterunt, quod enim neceſſitas non exigit, illud quoque patria non remittit, late cum pluribus allegatis Erhard. *de Operis Ruſticorum Th.* 32. Notandum 3.) quod hodierna Superioritatis Territorialis jura, non tam ex antiquitatis legum Romanarum principiis, quam potius ex genuinis & limpidiſſimis Juris Germanici fontibus ſint deducenda, alia enim ſub Imperatoribus Romanis, alia ſub Francis & Germanis Imperii & Regni Germanici facies fuit, ſicut itaque à præteritis ad præſentia, ab incognitis ad nota, minus recte argumentamur; Ita cum Superioritatis fœtus novioris ævi ſit, parum lucis à Juſtinianeis Conſtitutionibus, niſi

A 3 quod

quod hæ ob aſſimilationiem quandam ſubinde in ſubſidium vocari queant, fœnerare licebit. Uti in cit. Diſſertationibus de *Superioritate Territoriali* B. D. Hertius Lynck. latius demonſtrarunt.

§. IV.

Quibus præmiſſis, quæſtionem ſupra propoſitam Affirmative decidendam eſſe, facile pateſcit, inter præcipua enim Superioritatis territorialis jura, ſubditorum Luſtratio, Delectus ad Arma portanda aptorum, & Sequela Superior referuntur, B. Dn. Hert. & Lyncker. cit. Tract. Struvius *ad Jus Feudal.* Andr. Knichen *de ſublim. jure territ. cap. 3. n. 352 & ſeq. add Relat. Dec. & Not. Camer. Relat. 18. n. 41. & 93.* ubi prædictæ ſpecies diſerte inter operas eminentes referuntur, idque extra omnem controverſiam ponit Ahasv. Fritſch. in peculiari Diſſert. *de Jure Luſtrat. & Sequelæ cap. 6. n. 1. cum ſeqq.* Seckend. *de S. P. G p. 2.* Hugo *de Stat. Region. Germ. C. 3.* qualia à ſe Nobilibus Jurisdictionem concedendo, nunquam abdicaſſe cenſetur Princeps; Nam in Regalibus fallit regula *l. fin. de Conſtit. Princip.* Berger. *in Oecon. Jur. L. 2. t. 2. §. 8. not. 2.* Neque quod Imperatores Romani Officialibus ſuis denegarunt, id Statibus Imperii longe eminentiore, & æmula Majeſtatis Poteſtate, perpetua, inque hæredes tranſitoria, inſignitis, æque ſubtrahendum, potius illa, quæ Romanis Imperatoribus nullibi reſeruata leguntur, ea juſto ordine Regionum Dominis conceſſa eſſe dicemus, præſertim cum juxta Receſſ. Imp. *de Anno 1495.* von Handhabung des Landfriedens/ Rubric: Vom Nacheilen zu friſcher That/ *de Anno. 1522.* Rubric: So jemand bricht den Landfrieden *1548. 1530. 1564 &c.* ab ſubveniendum Conſtatibus contra quoscunque pacis publicæ violatores, quilibet Status promptus eſſe debeat, quod tamen

men milite conductitio deficiente & ademto ſubditorum delectu commode vix fieri poterit; adde R. I. *de Anno 1564.* §. ferners dieweil / ibi: und ſoll ein jeder Stand jährlich die Seinen ſelbſt muſtern. Et quamvis exercitium prædictorum jurium poſſit dici inſolitum ratione ſubjecti paſſivi & actualis præſtationis, neutiquam tamen ita intuitu activi ju isve exigendi audiet, aptitudinaliter enim id Principes exercuerunt, inprimis cum jus armorum ipſis diſerte conceſſum legatur in Receſſ. Imp. *de Anno 1530.* §. wiewohl auch der Abſchied &c. *de Anno 1570.* §. Derſelben wiedere & Inſtrum. Pac. Osnabrug. §. gaudeant; Urgeant itaque ſubditi Jura Delectus, Luſtrationis & Sequelæ inaudita hactenus in territorio nomina eſſe, nihil tamen adverſus principem efficient, quouſque enim Superiorem recognoſcunt, ejus majeſtatem obſequioſe venerantur, ſeque ſubditos profitentur, eouſque ſe ab obligatione (niſi aliud quid intercedat *vid.* §. *3.*) nullo temporis etiam millenarii curſu eximere poterunt: *arg. L. 12. de uſucap. Nov. 30. C. 7. L. 6. C. de Operib publ. L. 6. C. de præſcr. 30. ann. L. 23. C. de SS. Eccleſ. C. 16. C. 16. Q. 3.* Brunn. *C. 5. d. 80.* Lyncker. *R. 25. ſeqq.* & in ſpecie de Sequela ibidem *n. 41.*

§. V.

Et cum ipſe B. Brunnem. in Bello defenſivo veritatem hujus doctrinæ ad *L. 1. C. ne Ruſt. ad ull. obſeq. devoc.* agnoſcat, inſuper ſub Superioritate Territoriali univerſaliter exercita, quilibet ejus actus comprehenſi cenſeantur, Klock. *Conſ. 20. n. 68. cum ſeq.* Neſcio cur non idem in offenſivo admitti debeat, eadem enim utilitatis ac Reipublicæ Neceſſitas utrobique urget, neglige enim vindicationem Juris Reipubliæ competentis, patere ut pars partem avulſam ſequatur, & quæ diſceptatione legitima repetere nequis, ea diſcre-

diſcretioni hoſtis relinque, numquid ita florentes totius territorii vires ſenſim exhaurientur, ipſaque Regio interitui proxima erit? ut taceam ex omni bello offenſivo defenſivum oriri poſſe, porro Superioritatis jura arctis nudæ defenſionis cancellis includere omnemque Juris amiſſi vindicationem ab ea eliminare, naturæ rei itemque dignitati & eminentiæ Principum nullatenus convenire videtur. Myl. *de Jur. Princip. ac Stat. Imp. C. 76. §. 2.* Fritſch. *d. Tract. 9. C. 8. §. 3.* ita Servium Tullium luſtrationem Civium inſtituiſſe apud Halicarnaſſ. *Rom. antiquit. L. 4.* legimus. Certe hanc neceſſariam pariter ac utilem Reipublicæ operam, etiam antiquitus Subditi ſæpe Imperantibus navarunt, ipſi Athenienſes ruſticorum auxilio, teſte Juſtino profligarunt Perſas, & armatos olim fuiſſe agreſtes, ipſum Zedekiæ Regis factum Jer. cap. 52. ỷ. 16. luculenter teſtatur, quo facit illud Virgilii Æneid. *L. 9.*

Lydorumque manus collectos armat agreſtes.

Neq; mos iſte antiquis Germanis, Parentibus noſtris omnino incognitus fuit, vid. Gothofred. Anthon. *Diſp. Feud. 7. theſ. 6.* Lehmann. *L. 2. C. 43. & 44. §. 6.* ubi ita ſcribit: Heribannus iſt zuförderſt ein Königlich und Kayſerlich Gebott zum Krieg/ welches man nach gehaltenem Rath und gehabten Abſchied mit den Ständen und Stätten des Reichs allenthalben verkündiget / daß ſich jedermann / den die Ordnung wider den Feind in Bereitſchafft verfaſſen ſoll / wer wider ſolch Gebot entweder vorſetzlich / oder aus unerheblichen Urſachen ohne des Königs ſonderbahre Erlaubniß daheim verbleibt / der iſt in des Königs Bann / das iſt / in Straff 60. Solidorum verfallen / die man unnachläßig bezahlen müſſen; ea quæ diximus illuſtrationem accipiunt ex Scriptis Seckendorff. in ſeinem Teutſchen

Fürſten-

Digitized by Google

Fürſten-Staat *P. 2. c. 10. n. 6.* Nachdem man mit der Zeit vermercket / daß NB. ſolche gemeine Schuldigkeit der Unterthanen deßwegen irrig gebraucht werden können / alldieweilen nicht jedermann zu ſolchen Dingen geſchickt und geübt iſt / auch das Reich mit gewiſſen Ordnungen und Geſetzen umfaſſet iſt / daß durch GOttes Gnade daſſelbe offt lange Jahre in Frieden und Ruhe geſtanden / alſo inzwiſchen die Unterthanen der Kriegs-Ubung gantz abkommen / auch an andern Orten immittelſt neue Vortheil und Ubung der Waffen und anderer Kriegs-Rüſtung entſtehen / deren man ungewohnt / und alſo gegen dieſelbe übel verwahrt iſt / ſo ſind die Lands-Herrn meiſt auf dieſen Vorſchlag kommen / daß aus allen ihren eigenen / und ihrer NB. Lands-Ständen Unterthanen ein Ausſchuß der ſtärckeſten und beſt-geſchickteſten Mannſchafft gemacht werde / die ſich Alters / Geſundheit und Standes halber am tüglichſten befinden / rc. add. elegantia verba, quæ apud Merckelbach *in Conſ. 20. n. 9. & ſeqq.* reperiuntur, ubi hanc materiam ex profeſſo tractat, ut itaque Erhard. *de Oper. Ruſticorum Th. 31.* ſtatum hodiernorum in Germania ſubditorum, qui inviti ad Martis caſtra trahuntur, niſi forte de abuſu & rigida nimis harum ſimiliumve operarum exactione *vid. C. 6. & cap. prohibemus X. de cenſib.* loquatur, (ſive int. ſive extra territorium imperante neceſſitate ſervire cogantur *Rec. Imp. de Anno 1564.* §. ferner dieweil & *de Anno 1559.* §. und wiewohl) fruſtra deploret. vid. Myl. *d. l. cap. 72. 75. & 76.*

§. VI.

Evidens enim eſt, ante Maximiliani Imperatoris tempora, nullum in Imperio Romano militem conductitium (exceptis forte Burgmannis, quorum exiguus numerus fuit)

 extitiſ-

Digitized by Google

extitiſſe, & tamen non minus certum eſt, Germanos utpote gentem armis aſſuetam, bella etiam atrociſſima cum finitimis exterisque populis ſæpius geſſiſſe, quomodo autem id aliter quam lecto ex ſubditis milite fieri potuit? quo ni fallor apprime conducit Taciti locus *de Morib. German. cap. 6.* ibi: *apta & congruente ad equeſtrem pugnam velocitate peditum. quos ex omni juventute delectos locant: Definitur & numerus: Centeni ex ſingulis pagis ſunt: Idque ipſum inter ſuos vocantur, & quod primo numerus fuit, jam nomen & honos eſt &c.* conſuetudinem quoque illam ſub Ottonibus & Henricis conſtanter ſervatam eſſe, ex Ditmaro reſtituto, Coævo ſcriptore, præſertim ejus *libro octavo* luculenter colligere licet, cum enim ibi apud Leibnitz: *in Scriptor. rer. Brunſvvicenſ. tom. 1. p. 425. & ſeq.* infelicem quam noſtrates in Freſonum inſulam expeditionem ſuſceperant pluribus enarraſſet, hæc verba ſubjungit; *Et in proximis tribus provinciis, non ſupererat una domus, ubi ſaltem non deeſſet habitator unus.* Manifeſto exemplo, Sequelam Superiorem tum temporis exercitam fuiſſe. Nec movemur argumento Referentis apud Meiſchn. *Tom. 2. Deciſ. Camer. dec. 6. n. 64.* Bidenb. *Q. 7.* collectas hodie in locum delectus inſtitutas eſſe, adeoque poſitis illis, ne duplici alias ſubditi onere premantur, hunc vetitum cenſeri. Nam Reſponderi poteſt 1.) quod lecti milites etiam olim aliorum ſubditorum, non Principis ſumtibus, caſu quo ejus ærarium non ſufficiebat, militaverint, *arg. L. 12. C. de oper. publ.* Myl. *de Princip. & Stat. Imp. cap. 76. §. 6.* collectas autem ad id eſſe, ut conductitios Princeps ſuſtentare queat; antiquitus enim ab Henrici Aucupis temporibus in Germania obtinuit, ut alibi in Oppidis quinque cives ſextum, in pagis novem Coloni decimum, vel ſeptem octavum, alibi vigeſimum vel trigeſimum inſtruant,

aliquando

Digitized by Google

aliquando dimidia vel tertia pars., quoties neceſſitas premebat, ſequi tenebatur, uti teſtis eſt Otto Friſingenſis in vita Friderici I. *L. 1. C. 31. add.* Seckendorff **in ſeinem Teutſchen Fürſten-Staat** *P. 2. cap. 10 tit. 9.* 2.) Lectos ratione ſuæ perſonæ nihil Principi contribuere, ſed potius ab eo mercedem capere *2. ſ. 107. L. 21. de oper. libert.* Roſ. *Obſ. 87.* Balth. *de Oper. Subdit. C. 8.* 3.) Regionum Dominos præter delectos (Neceſſitate provinciæ ita exigente) etiam militem alere Conductitium, quod denegatis collectis vix fieri poſſet, 4.) Jus Collectandi à delectu & Sequela diſtinctam Superioritatis Territorialis partem conſtituere, adeoque unius poſitionem alterius negationem non inducere, & denique 5.) quod cum Princeps ratione Sequelæ territorialis habeat fundatam intentionem Ahasv. Fritſch. *in ſuis Opuſc. Tract. 9. cap. 5. n. 8. in fine* majorque numerus aliquando ad tuitionem patriæ, quam in delectu eſt, requiratur, adeoque dum in locum eorum, qui domi manent, alii conſcribuntur, etiam ad congruam horum ſuſtentationem, merito à ſubditis conveniens tributum exigatur: Quod attinet vero delectum Imperii German. univerſalem, hunc Imperator cum conſenſu Statuum juxta *Inſtr. Pac. Osnab. Cæſ. Suec. Art. 8. §. 2.* exercet, & quidem non amplius ad normam Matriculæ, ſed ſecundum diſtributionem quæ Anno 1681. extra ordinem eſt facta Aut. *Meditat. ad Inſtr. Pac. d. Art. §. 2. lit. g.*

§. VII.

Idem de Angariis & Parangariis navium, equorum, plauſtrorum &c. Præſtationibus vulgo **Reiſe-Wägen zu Heerzügen** judicium eſto, ſubeſt enim & hic certa operarum ſpecies, vi Superioritatis Territorialis Imperantibus in negotiis belli uſusve publici competens, vigore cujus

 milites,

milites, tormenta bellica, papiliones, annonam militarem, cæteraque neceſſaria, ad loca deſtinata transvehere tenentur, proinde nec ſubditi, ob arctiſſimum quod inter ipſos ac Rempublicam intercedit vinculum, ab hoc genere ſerviriorum, ſive ea aliquando præſtiterint, ſive ex benignitate Superiorum, ſpirante fortunæ Zephyro immunes hactenus extiterint, ſe eximere poterunt. add. *L. fin. §. fin. C. de Fabric. L. 2. C. de Nav. non excuſ. L. 12. C. de excuſ. mun. Cap. Joſeph. art. 17.* Myl. *d. l. C. 72.* Text. *in I. P. tit. 10. n. 60. & t. 17. n. 317.* Balthaſ. *de Oper. Subdit. C. 3. Relat. Cam. 18. n. 39.* Struv. *in S. I. F. cap. 6. aphor. 25.* & Oeckel *de Regal. Poſt. Jur. cap. 9. th. 5.* Roſenth. *de Feud. C. 5. Concl. 70.*

§. VIII.

Pari modo, etſi Nobilium ſubditi Dominis Jurisdictionem altam ſive baſſam habentibus, ad operas vulgares forte obſtricti ſint, nihil tamen vetat, quo minus Regionum Domini, caſu quo munimenta inter Statuum ditiones noviter extruenda, reparanda aut præſidiis firmanda, ad operas quaslibet recte adſtringantur, nulla ſiquidem hic ſubeſt, mutatio, ſed ſolum debiti ex eminentiori principio fluentis præſtatio, eo ipſo enim quod jus muniendi Regionum Dominis concedimus, etiam ſua ſponte requiſita, ſine quibus fortalitium erigi aut tueri nequit, ſive ea in præſtatione pecuniaria, opera manuum, vel etiam vectura &c. conſiſtant, per neceſſariam conſequentiam ſubminiſtrabimus; res enim hæc conſervationem & protectionem, tum totius provinciæ, tum ſingulorum reſpicit, adeoque adjutorium à ſubditis quo ad vires ſingulorum patiuntur, Imperantibus minime denegandum *L. 12. ibique* Brunn. *C. de Oper. publ. arg. L. 2. ad Leg. Rhod. de Jactu* Fritſch. *Tract. 24. cap. fin. n. 10.*

§. IX.

Digitized by Google

§. IX.

Et quamvis muniendi licentiam à Cæſaribus impetrare, olim infrequens non fuerit, ita enim Francofurtum Ludovici, Spira Nemetum Friderici Impp. obtenta deſuper privilegia communiter jactant, nec ea cum omnem æmulationis ſuſpitionem tollant, penitus effectu deſtituantur, tamen quod ex abundanti & majoris cautelæ gratia contingit, non ſemper neceſſitatem aliquam involvit; Notiſſimum enim eſt JCtorum Brocardicum, abundans cautela non nocet *L. 17. C. de Teſtam.* & quæ omnis dubitationis tollendæ gratia adjiciuntur Jus commune non lædunt multo minus negotium vitiant *L. 81. & 94. d. R. I. L. 56. mand. L. 3. §. Labeo. de aur. & arg. legat.* Nec obicem ponit, quod Regno Sueciæ in Inſtrumento Pacis Osnabrug. *art. 10. §. 6.* quidem poteſtas fortalitia erigendi pro Lubitu & exigentia circumſtantiarum, ſuis propriis tamen ſumtibus firmanda, uti verba ſonant, concedatur, & hinc ſimile Jus Regionum Dominis regulariter denegandum eſſe videatur, ſæpius enim conceſſo Superioritatis Territorialis Jure, illa etiam quæ huic virtualiter inſunt, omnis dubitationis removendæ gratia exprimi ſolent, uti ex pluribus Statuum Imperii inveſtituris evidenter demonſtrari poteſt add. Inveſtituras à Stryck *Exam. Jur. Feud.* ſubjectas; Deinde cum generaliter ad æmulationem alterius munimenta erigere prohibitum ſit, late Fritſch. *dict. Tract. 24. cap. 4. n. 20.* neceſſe fuit, quo Duci Megapolitano omnis impoſterum querulandi occaſio præſcinderetur, illud claris in Inſtrumento verbis exprimere, dum autem ſtructura propriis ſumtibus paranda injungitur, voluere paciſcentes, Ducis Megapolitani, ad cujus regionem olim Wiſmaria pertinebat, non alios Regis Sueciæ Subditos à Contributione immunes red-

dere; Et quia fruſtra exſtruitur propugnaculum, niſi & illud adverſus vim & inſultum aliorum defendatur, hinc ex eodem principio, ut ſubditi ex voluntate Imperantis inibi neceſſitate urgente vel præſidium agant, vel ad alendum & ſuſtentandum milites communibus ſumtibus concurrant, fluere videtur vid. Knich. *de Jure Territ. C. 3. n. 400.* Sicuti enim belligerandi poteſtas, Regionum Dominis, in controverſiam vocari nequit, bellum vero ſine propugnaculis & milite præſidiario vix tuto & feliciter geri poteſt, ita uno conceſſo aliud denegari non debet, add. *Art. 8. Inſtrum. Pac. Osnabrug. §. 2.* & Tabor *de Metat. C. 7. n. 10.* Fritſch. *Tr. 26. de Jur. Præſidii C. 2. per tot.* Sane Imperatorem Subditos Statuum ad operas haſce præſtandas, nec cogere, nec in eorum ditionibus munimenta extruere, aut extructa præſidio, niſi Statuum conſenſu deſuper impetrato firmare non poſſe *in dict. Art. 8. Inſtrum. Pacis §. 2.* luculenter comprobatum extat jung. Auth. Meditat. ibidem.

§. X.

Neque deſunt deſumta ex antiquitate Germanica exempla ex quibus jam tum ſub Ottonibus, Jus munimenta erigendi primoribus Imperii competiiſſe, evidenter clareſcit. De Theodorico enim Metenſi Epiſcopo, Brunonis Archi-Epiſc. Colon. & Lotharii Ducis Conſobrino, ſequentia Sigebertus Levita S. Vincentii, in ejus vita apud Dom. Leibnitz *in Tom. 1. Script. Brunſvic. C. 12.* commemorat.

Non videtur nobis numerandum eſſe inter poſtrema quod in Paga Calvomontenſe, Diæceſi Tulenſi, in villa quæ ex accidenti ruſticorum lingua SPINAL vocatur, caſtellum extruxit, quod ædificiis & rebus neceſſariis optime honeſtavit, propugnaculis ſatis munivit, armis & armatis ſufficienter replevit. Quia enim eadem Regio infeſtabatur improviſis & continuis incurſionibus

bus prædonum & intolerabilibus inſidiis Latronum & præcipue calamitoſa erat eis vicinitas Burgundionum, hoc eis oppoſuit firmiſſimum repagulum & patriæ inexpugnabile firmamentum. Aliud nobis inſtituto noſtro apprime conveniens teſtimonium exhibet Tangmarus Presbyter *in vita S. Bernvvardi Hildeſienſis Eccleſ. Epiſcopi C. 6.* apud Leibnitz *T. 1. p. 444.* verb. *Divino itaque inſtinctu in extremo fere ſui Epiſcopatus ubi flumina Akra & Ovekara confluunt, munitiunculam admodum munitam exſtruxit, in quo copiis militum diſpoſitis, barbarorum impetum repulit*, & paulo poſt, *in rure Korinbolt nuncupato præſidium munitiſſimum inſtituit, foſſis quoque aquarumque meatibus, per rivum influentibus tutiſſimum reddidit, copias quoque militum, victu & armis cæteriisque neceſſariis inſtructas abundantiſſime collocavit* add. Dithmarus Reſtitutus *L. 8. p. 427.* Et Athelboldus Epiſcopus Trajectenſis in Vita Henrici Sti Imperatoris *§. 19. & 26. p. 437.* pro veritate ſententiæ noſtræ eo melius ſtabilienda videri poſſunt Myler ab Ehrenb. *de Stat. Imp cap. 27.* Knich. *de Regal. L. 2. C. 1. n. 25.* Limn. *ad J. P. L. 4. C. 3. n. 135.*

§. XI.

Non tantum belli, ſed etiam pacis tempore Imperantium indigentiæ ſuccurrendum, unde ad extructionem vel conſervationem Palatii, neceſſariæ, ſive ea in ære ſive operis conſiſtant, ſubditi contribuere tenentur, Sedes enim, ut commode cum Palatinis, ne Auguſtalis dignitas, ex ſordida quam inhabitant caſa, vileſcat, commorari *L. ult. C. de Offic. Rect. Prov. L. 17. C. de Oper. Publ.* vel de rebus ad Rempublicam pertinentibus cum Conſiliariis vel Deputatis Principes deliberare, & quid conducat ſubjectis ſtatuere queant, vid. Subſcript. *L. 34. C. de Donat. L. 31. C. de Jur. Dot.* ipſis omnimodo conſtituenda. Uti enim Imperialis

fortuna

Digitized by Google

fortuna omnes ſupereminet alias, ita oportet & Principales ædes culmen habere præcipuum vid. *L. 7. C. de bon. quæ Lib.* Neceſſitas enim pariter ac ſubditorum utilitas hoc ipſis onus, pro re nata ſalubriter imponit *L. 14. C. de Offic. Rect. Prov.* arg. *L. 7. C. de Oper. Publ.* quod tunc ſi ærarium Principis hiſce oneribus non ſufficiat haud dubie procedit arg. *L. 7. & 11. C. de Oper Publ.* publico enim alias ſumptu publica opera inchoanda & conſervanda *L. 3. pr. & §. 6. ff. & L. 13. C. de oper. publ.* & tantum privatis, modo ne quid ad æmulationem fiat vel ſeditionis materia ſubminiſtretur, *L. 3. de Oper. Publ.* exſtructio (refectio vero facilius *L. 1. 13 16, & ult.*) permittitur *L. 5. ff. eod.* Struv. S. I. C. *Ex. 50. theſ. 10.* Brunnem. *ad L. 5. C. de Oper. Publ.* Ita enim Impp. *in L. 11. C. de Oper. Publ. L. 3. C. de Div. Præd. urb.* tertiam partem de reditibus fundorum ſeu prædiorum Reipublicæ deputarunt. Coll. Arg. ſub tit. *de Oper publ. theſ. 9.* Brunn. *ad d. l. 11.* O quam pium & laudabile eſt Ludovici Daniæ Regis, incredibiles ferme ſumtus in ædificationem Magnificentia ſua ſuperbientis Regiæ Cronenburgi impendentis, effatum, cujus meminit Kirchner *de Republ. Diſp. 16. th. 2. Lit. C. Nolle ſe eum lapidem in ædificio ſuo tolerare, ſi quem ſubditorum ſuorum nummo comparatum eſſe ſciret.* Fruſtra quoque Nobilium Jurisdictioni ſubjecti, etiamſi nihil unquam præſtiterint neceſſitate urgente, vel utilitate ſubditorum ſuadente hoc onus operarum declinabunt, unius enim ejusdemque Principis majeſtatem humiliter & obſequioſe veneramur, æquali igitur ſtudio & fervore ad conſervandum tantæ ſublimitatis ſplendorem merito concurrunt, & dum eadem cum aliis protectione ſimilibusque commodis gaudent, idem quoque incommodum cum ipſis patienter ſuſcipiant, *arg. l. 7. 11 C. de Oper. publ. & L. 10. d. R. I.* Fritſch. *tract. 2, C. 11.*

§. XII.

§. XII.

Quæ in ædificatione vel reparatione domuum publicarum diximus, ea quoque ad inſtructionem vel reparationem aquæductuum, portuum, murorum, fontium, pontium, aggerum; cœterorumque operum publicorum, æqua lance pertinet, ſicuti enim hæc communem totius univerſitatis vel Reipublicæ utilitatem, non raro etiam neceſſitatem reſpiciunt, ita quoque ab omnibus vel pecunia vel opera conferenda *L. 7. C. de Oper. publ. L. 3. C de Div. præd. urb.* idque in tantum procedit, ut nec Eccleſia nec privilegiatæ alias perſonæ ab iis immunitatem vel exemtionem prætendere poſſint *d. text. & L. 7. & 11. C. de SS. Eccleſ. L. 4. C. de Privil. Dom. aug. L. 3. C. de quib. mun. vel præſtat. nem. lic. ſe excuſ.* nulla denique immunitas ad neceſſitatem noviter emergentem pertinet, latius hæc Brunnem. *ad d. l. 7. C. de SS. Eccleſ* perſequitur Jung. Perez *adtit. Cod. de Oper. Publ. n. 10.* Balthaſ. *de Oper. Subdit. C. 8.* Neque faciendum eſt cum iis, qui hiſce juribus, quo ad Eccleſiam, pia Loca, & Clericos per *Auth. Item nulla communitas C. de Epiſc. & Cler.* quæ pœnam tripli, onera, angarias vel Parangarias perſonis vel bonis Eccleſiaſticis imponentibus, dictitat, derogatum eſſe ſtatuunt: Commode ſiquidem textus de muneribus ſordidis, vel iis quæ communem cleri & populi utilitatem minime reſpiciunt intelligitur, neque vocum Angariæ & Parangariæ una eademque ubivis ſignificatio eſt. vid. Coccej. *Diſſ. de Angar. & Parang.* quamvis Mevius *in P. 6. D. 127.* eſſe Auth. ſine ratione, imo contra rationem Latam, adeoque eandem omni probatione deſtitui, nec ullam in foro exteriori juris aſſiſtentiam mereri, tradat, Brunnem. tamen eam *n. 4. d. Auth.* in praxi obſervari vult, contra quam Mev. pronunciavit.

 §. XIII.

§. XIII.

Debet autem ita fieri diſtributio operarum, ut æqualitas ſervetur, & ne tenuiores præ Potentioribus graventur *L. 12. C. de Oper. Publ.* Fritſch. *d. l. n. 16.* hunc in finem in aliquibus Territoriis ſecundum modum Collectarum diſtributio fieri ſolet. Auff den Fuß der Contribution: Hæ enim ſervata proportionis æqualitate impoſitæ creduntur, ut proinde nemo juſtam conquerendi cauſam habere poſſit, modo & tunc bonorum Eccleſiaſticorum habita diſtinctione ſterilium & fertilium æqua ratio habeatur Fritſch. *d. l.* multum quoque hac in materia, arbitrium boni viri, qui ad obſervantiam caſuumque varietatem & circumſtantias reſpiciet, efficere poterit *arg. L. 13. §. 1. de ann. legat.* Myl. *d. l. C. 7. §. 13.* Si in ipſa angariarum præſtatione, ſubditorum Plauſtra vel equi &c. depraventur vel amittantur, hoc eorum damno cedit, cum obligationi à lege impoſitæ tantum ſatis fecerint, & factum Reipublicæ ad læſionem directo non concurrat, *L. 2. §. 1. ad L. Rhod. de jact.* Idem eſt quoties ſubditi ad ſingula perſonarum capita Kopff für Kopff angarias præſtant & ab hoſtibus detrimentum patiuntur *arg. L. 23. & 155. de R. J. L. 25. §. 6. Locat. L. 6. C. de pign.* quando vero certis de univerſitate, à tota communitate, hoc onus demandatum fuit, tunc reliqui de univerſitate merito in contributionem vocantur. *arg. L. 2. in fin. ad L. Rhod. de jact. L. 52. §. 4. pro Soc.* late Balthaſ. *de Oper. Subd. C. 3. verſ. Quæritur autem & ſeqq.* Sixtin. *de Regal. L. 2. C. 13. n. 78. ſeq.* Myl. *d. l. C. 72. §. 9. & ſeqq.* reliqua quæ huc pertinere videntur, in cap. ſeq. locis convenientibus tangemus.

CAP. IV.

CAP. IV.

De Vera Operarum Licitarum Mutatione.

SUMMARIA.

Prima licita mutationis cauſa eſt jus victoriæ, ex bello juſtitia externa juſto, obveniens. Idque rationibus & exemplis comprobatur in §. I.

Hoc jus indiſtincte, ſive augendo, ſive minuendo, transmutando ex indeterminatis determinatas operas faciendo, &c. vires ſuas exerit, & hac occaſione varia apud Germanos Servorum genera in §. II. enarrantur.

§. III. Carolus M. non ſuſtulit ſervitutem, contra Wernerum Rolleſing, neque ſententia Zaſii, Germanos apud ſe ſervos paſſos non fuiſſe, applauſum meretur.

§. IV. Inter cauſas licita mutationis refertur ſecundo Neceſſitas, qua etiam libertatem aliis operas addicendi reſtringit, & avocationem Imperatori ac Principibus concedit, non tamen idem jus Dominis Jurisdictionalibus regulariter tribuit.

§. V. Neceſſitas licitam facit Operarum Mutationem ratione ſubjecti activi, quando Dominus directus inopia laborat, non tamen pro Mutatione habendum, quoties exterus Princeps cum conſenſu Regionis Domini, in huius Territorio venatur, vel pars Provinciæ in alterum transfertur, ſervitia certo prædio debentur, illudque alii ceditur vel locatur.

§. VI. Eadem neceſſitas ratione ſubjecti paſſivi, in excubiarum præſtatione mutationem inducit, non vero huc pertinet, quando operæ propter bona poſſeſſa debitæ, à poſſeſſore exiguntur.

§. VII. Quoties pro dignitate Principis ſuſtinenda operæ

aulicæ neceſſario augendæ, onus hoc omnium ſubditorum, habita ratione utilitatis, commune erit, idque præjudicio comprobatur.

§. *VIII. Quod tamen in Nobilibus non admittimus.*

§. *IX. Operarum debitarum tempus per neceſſitatem mutatur, ita ut etiam die Sabbathino præſtandæ, ubi omnimodo abuſus ab uſu ſecernendus.*

§. *X. Licitam quoque reddit neceſſitas mutationem ratione loci, non tamen Palatio hujus Provinciæ ſervientes ſubditi, ad alterius Regionis Reſidentiam, cum maximo eorum incommodo, regulariter trahendi.*

§. *XI. Quod fallit quando in conſequentiam Superioritatis Territorialis operæ præſtantur, ubi quoque declaratio additur.*

§. *XII. Et multo magis obtinet in Servitiis Feudalibus.*

§. *XIII. Continet diſcuſſionem elegantis pariter ac difficillimæ quæſtionis, an Status Imperii, alterius Con-Status Vaſallus, contra communem totius Imperii hoſtem, ultra taxam matricularem, qua Imperio obſtrictus eſt, etiam huic Domino, ſervitia militaria præſtare teneatur?*

§. *XIV. & XV. Neceſſitas denique efficit permiſſam mutationem intuitu objecti, ita ut pro operis pecunia exigi queat. Idque exemplis corroboratur.*

§. *XVI. Non tamen qualibet Neceſſitas ſed ſumma in mutationibus inſpicienda, deinde æqualitas inter pecuniam & ſervitia ſervanda, & commutatio illa non in perpetuum extendenda, ſed ceſſante cauſa eliminanda.*

§. *XVII. Proxima Neceſſitati eſt Impoſſibilitas, quæ diſtinctam mutationis cauſam continet, eaque vel moralis, hæcque rurſus aut ſubjectiva, aut objectiva, vel Phyſica & Naturalis eſt.*

§. *XVIII. Moralis ſubjectiva conſideratur in perſona Vaſalli*

ſalli, in eminentiore præ Domino Dignitate conſtituti, ſive ea præcedat, ſive ſuperveniat.

§. XIX. Non tamen talis plane liberatur, ſed per ſubſtitutum Domino acceptabilem operas præſtat.

§. XX. Num Status Imperii Eccleſiaſtici & Seculares in propria Perſona Cæſare jubente ſervitia præſtare teneantur, an vero mittere ſubſtitutum ſufficiat?

§. XXI. Eveniente caſu, quo Vaſallus neque ipſe in perſona ſervire, neque Domino acceptabilem mittere poteſt, operæ in pecuniarum præſtationem mutantur.

§. XXII. Quid in impoſſibilitate objectiva juris ſit? declaratur & exemplis illuſtratur.

In § XXIII. Objectio removetur.

§. XXIV. Impoſſibilitas naturalis in ætate nimis tenera, vel provecta & morbo conſpicitur. Non vero ex culpa contracta paupertas excuſat.

§. XXV. Per ſubſtitutum tamen indiſtincte operæ præſtantur, non tamen hoc eſt jus aliquod univerſale & ad omnes caſus applicabile.

§. XXVI. Interverſa alias Domino utilitas, quartam licitæ mutationis cauſam conſtituit.

§. XXVII. Idque non tantum ratione Subjecti, ſed & Objecti Loci &c. procedit.

§. XXVIII. Quamvis nulla unquam pecuniaria præſtatio interceſſerit, aut extra territorium nihil penſitatum fuerit, cum Declaratione & addito præjudicio Facultatis Juridicæ elucidatur.

§. XXIX. & XXX. Quinta licitæ mutationis cauſa eſt reddita melior, vel ſaltem non effecta deterior ſubditorum conditio. Idque tum in ſeq. §. XXX. exemplis ac præjudicio demonſtratur.

Declaratur autem notabiliter in §. XXXI.

§. XXXII. Sextam licitæ mutationis cauſam partium con-

 ventio

ventio conſtituit. Idque in omnibus indiſtincte operis locum obtinet.

§. XXXIII. *Aliquando tamen non obſtante conventione, ad priſtinam praſtationem devenire licet.*

§. XXXIV. *Conventio pro ſolitis inſolitas imponit.*

§. XXXV. *Monita quædam ad hanc cauſam adjiciuntur.*

§. XXXVI. *Septimam obſervantia, Octavam conſuetudo conficit, ubi Differentia inter has duas ſpecies exponitur.*

Quis horum jurium, in mutatione operarum, effectus in §. *XXXVII. & XXXVIII. per varios caſus demonſtratur.*

§. XXXIX. *Ad nonam cauſam pertinet obligatio alternativa undecunque proveniens, ubi inſimul declaratio Receſſus Provincialis de Anno 1710. Ducatus Guelpherbytani reperitur.*

§. XL. *Ultima cauſa eſt præſcriptio, cujus requiſita non ſolum proponuntur, ſed variis quoque caſibus atque præjudiciis tum in hoc, tum in ſeqq.* §§. *usque ad finem illuſtrantur.*

§. I.

Inter licitas itaque, Mutationis operarum cauſas, primo loco 1. JUS BELLI, non immerito referimus: Enim vero Jure Gentium, præſuppoſita ad minimum Juſtitia belli externa, vid. Struv. *Exerc. 3. th. 17.* captos capientium ſervos effectos & dura quælibet pro beneplacito victoris expertos fuiſſe, etiam iis. qui extremis tantum labiis, prima LL. cunabula delibarunt, ignotum eſſe nequit §. 4. *J. de Jure Perſonar.* §. 17. *J. de R. D. & A. R. D. l. 12. de Capt. & poſtlim. rev.* proinde etſi lex humanitatis conſervationem hominum, non vero eorundem deſtructionem reſpexerit, ne tamen triumphanti; obtenta armis victoria, inprimis cum ſervo alimenta non ſolum, ſed & alia quæ neceſſitas exigit, Dominus ſuppeditare teneatur, magis onerosa, quam

quam fructuoſa exiſtat, huic inter cætera ſervum ad quamlibet operarum præſtationem in impetratæ victoriæ præmium & onerum ſuſtinendorum penſationem tacite adſtrinxit, Grot. *de J. B. & P. L. 3. C. 14. §. 2. n. 2.* add. Puſend. *de J. N & G. L 5. C. 3. §. 4. & 5.* Alii quidem, qui in conſortium vocant Grot. *d. l.* §. 3. Operas ex licentia in hoſtem infinita, quæ ſe etiam ad jus vitæ & necis extendat, ducere ſat agunt, modum autem ſævitiæ non niſi ex lege Romana poſitum eſſe autumant, eumque in finem ad *L. 1. de his qui ſunt ſui vel al. Jur. & §. 1. Inſt. eod. tit.* provocant: Verum inter id quod impune & ex vera Jur. Gentium ratione licet, magna utique differentia intercedit, nam quia hoſtilis iræ veſtigia, erga captos, adhuc ſupereſſe credebantur, hinc extra legis pœnam ſervicidium reputabatur, quo ſpectat illud Taciti de Morib. Germanor. *C. 25. Occidere ſolent non diſciplina & ſeveritate, ſed impetu & ira, ut inimicum niſi quod impune:* Aſt ratio Jur. Nat. inter eos qui in pœnam ſervantur, nobis reſiſtunt, quosque juſte metuimus, & eos qui inermes ſe gratiæ victoris dederunt atque ut incolumes ſupermanerent accepti ſunt, diſtinctionem admittit, in priores, utpote adhuc hoſtes jus vitæ & necis exercere Gentium jura permittunt, poſteriores autem extra oppoſitionis vel defenſionis ſtatum conſtitutos, pecorum inſtar trucidare, cum humanitate pugnat add. Puſend. *d. l.* Itaque Imp. Antoninus *in §. 2. Inſt. de his qui ſunt ſui vel al. jur.* non uſum ſed abuſum Juris Gentium ſuſtulit & quod veræ ejus rationi convenit, impoſterum obſervari præcepit Vinn. *ad d. §. 2.* Eadem victoria bellica, qua Clodovæus Francorum Rex Alemannos ad Tolbiacum magna ſtrage profligavit, his ad exemplum Romanorum, Servitutem impoſuit, & Carolus M. cum de Saxonibus & Gueſtphalis trium-

triumphaſſet, ex liberis homines proprios effecit, eosque ad operas præſtandas acerbe ſatis adegit, qua de re legi merentur verba apud Lehmann. *in Chron. Spir. L. 2. C. 2.* Anno Chriſti, inquit, 499. Haben die Francken am Rhein/ mit den Allemanniern ꝛc. groſſe Kriege geführet / darinnen endlich die Francken / und der König Clodovæus die Oberhand behalten / und alſo alle überwundene Teutſchen nach dem Exempel der Römer in Dienſtbarkeit geſetzet; Dieſem Exempel hat hernacher Carolus M. nachgefolgt / als Er den Sachſen und Weſtphalen obgeſiegt und derſelben Landen die Leibeigenſchafft auffgeladen / daß ſie haben müſſen NB. wochentlich gewiſſe Frondienſte verrichten ꝛc. itemque Stumpffius *in Hiſtor. Helvet. L. 4. C. 27.* Clodovæus, ait, beſorget kein Ding höher / dann ſo die Allemannier Ihre Kräfften wieder erhohlen / würden ſie dieſen Verluſt rächen / darum gebraucht Er ſich ſeines Siegs nach ſeinem eigenen Nutz und Gefallen ꝛc. & paulo poſt, darum verbannet Er ſie mehrentheils unter das arbeitſelige Joch der Leibeigenſchafft und machte ſie zu eigenen Leuten und Sclaven / als die Er überwunden und Ihnen das Leben geſchenckt hat; & porro, dahero iſt nun die Leibeigenſchafft in teutſchen Landen erwachſen.

§. II.

Sicuti jure victoriæ impoſita Germanis ſervitus, indeque inter alia ius exigendi operas fluxit, ita victores ſervitia, quoties ſibi Regna vel Provincias ſubjiciunt, vel noviter introducere, vel ante introducta in eodem Statu relinquere, mitigare, augere (dummodo Cyclopica Tyrannis abſit *arg. §. ult. J. de his qui ſunt ſui vel alieni juris*) loco eorum pecuniam vel vice verſa exigere, ſibi ea ſervare, vel aliis concedere, illimitata exigere, vel determinata efficere,

in

in ſumma omne id facere poſſunt, quod naturæ & Gentium Juribus non repugnat Jung. Grot. *de J. B. & P. L. 3. C. 7. §. 9.* Dicebantur enim tales Fiſcalini, h. e. homines Fiſco Regio addicti Lehmann. *d. l. C. 24* quos jure ſuo pro lubitu vel Eccleſiæ vel Patrimonio addicebat Princeps, qua de re iterum Stumpff. *d. l.* verb: Welchen nun dieſe Knechtſchafft oder Leibeigenſchafft auffgeleget ward/die hieſſen Fiſcalini, das iſt / des Königs geeignete Knechte / deren Leib und Guth Königlicher Kammer unterworffen war; Die Eigenſchafft iſt hernach von Clodovæo, und denen Franckrückiſchen Königen auff Fürſten / Grafen / Herrn und Edelleuthe ausgetheilet / als die einstheils aus dem Geſchlecht Clodovæi erbohren / zum Theil auch mit der Zeit von Ihnen belehnet wurden; da pflag man dann / nicht allein die Güther / ſondern auch darmit der geeigneten Leib zu verleyhen: deswegen die Leibeigenſchafft von dem Clodovæo ſelbſt an etliche von Adel kommen iſt; demnach als mit der Zeit die König von Franckrück GOttes Huld zu erwerben / und je etwan um Ihr Blutvergieſſen zu verſühnen / angefangen haben Klöſter und Stifftungen auffzurichten / und die zu begaben / haben Sie auch unter andern Güthern die eigenen Leute mit ihren Leiber bemeldten Klöſtern zugeeignet als Carolus Martellus der Reichenaw / Lotharius der Probſtey Lucern gethan haben ꝛc. und welche eigene Leut alſo an die Geſtifft vergabet / die wurden genannt Servi Eccleſiaſtici, Kloſter-Leut / oder nach ihren Teutſchen Gotteshauß Leut / ꝛc. ubi in ſequentibus conditionem hominum propriorum, uti Lehm. *dict. cap. 20.* operarum præſtationum deſcribit; Neque id mirum videri debet, cum ab antiquiſſimis mundi temporibus apud populos hoc in uſu fuiſſe legamus, ita, teſte Livio, Scipio Africanus, Severius in bellis devictos

D ſtatuit,

ſtatuit, quos enim ejicere, ejectos vero in perpetuum excludere poſſumus, hos, etiam certis conditionibus præſcriptis, retinere licet.

§. III.

Ex prædictis evidenter patet, quod quoque B. Dn. Hert. *in Diſſ. de Hom. propr. ſect. 1. §. 1. in fin.* bene obſervavit eos qui Servitutem à Carolo M. penitus ſublatam eſſe exiſtimant, graviter errare, deduxit quidem plures usque ad decem millia (Lehmann. tradit triginta millia) ex iis, qui utrasque Albis fluminis ripas incolebant, teſte Eginhardo *in vita Caroli M.* eosque cum uxoribus & parvulis huc & illuc per Germaniam diſperſit vid. Dn. Hert. *in addit. d. l.* ſed tamen plures ſuis in Sedibus, qui inde LASSI dicti ſunt, reliquit, vid. Beſold. *in Theſaur. Pract. voce* laſſen / quibus Servitutis jugum impoſuit: addi merentur verba Speidelii *in Lexic. voc.* Frohndienſt dum ait: *Origo ſervorum deſcendit ex Victoriis Francorum contra Allemannos obtentis & conſequenter à Dominio Territoriali,* von der Grundherrſchafft *quod victores conſequebantur, & ne victoria inutilis eſſet, devictis terram in ſolitudinem redactam, retento Dominio ejusdem, ea lege relinquebant ut eam colerent, & annuos frumentorum canones, & certa ſervitia in prole ſua præſtarent, à Saxonibus dicti* laſſen / *quaſi in provincia relicti, tuncque qui homines erant proprii, iidem & ſubditi erant, donec ſucceſſu temporis aliis modis agricolationis ſupervenientibus, homines proprii cum venia Dominorum ſuorum* Ihrer Herren *in alterius Domini Territorio domicilia contraherent, & ita ſalvo Dominis in ſe Agricolationis jure, homines quidem proprii non autem ſubditi manent* hactenus Speidel. unde B. Dn. Hert. *d. l.* §. *11.* Servos Germanorum in Caſatos & non Caſatos, Illos qui glebæ addicti erant, hos qui in domo Domini ad quælibet ſervitia

parati

parati exiſtebant, dividit, imo quicquid velit Wernerus Rolleſing Ordinis Carthuſ. Monachus *in Lib. de Gueſtph. ſive antiq. Saxon. Ritu, moribus, virtut. & laudib. C. 11.* ſatis duram fuiſſe ſub Carolo M. hominum propriorum conditionem in Germania, tum ex deſcriptione operarum, quam tradidit Lehmann. *dict. loc.* tum etiam quod juxta Capitularia Caroli M. *L. 6. C. 11.* impune ſervum occidere, modo uno vel altero die ſupervixiſſet, permiſſum legatur, ſufficienter clareſcit, jung. Dn. Hert. *d. l. Sect. 1. §. 6.* quamvis quibusdam in locis conditiones horum modo duriores, modo leviores exſtiterint, vid. Stumpff. *in Chron. Helvet. L. 4. cap. 27. &c.* Alſo wird dieſes Joch ꝛc.

Illi quoque à fide hiſtorica quam longiſſime aberrant, qui apud Germanos ſervitutem nunquam obtinuiſſe, nec Captos capientium Servos effectos eſſe, magna ſane audacia tradere non verentur, ut enim taceam, non eſſe veriſimile captos hoſtes apud Parentes noſtros lenius, quam ipſi à Carolo M. tractabantur, habitos fuiſſe, & nihil de antiquiſſimis Taciti temporibus, nunc commemorem, quando ait: *Aleam (quod mirere) ſobrii inter ſeria exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate, ut cum omnia defecerunt, extremo ac noviſſimo jactu de libertate & de corpore contendant. Victus voluntariam ſervitutem adit. Quamvis junior, quamvis robuſtior, alligari ſe ac venire patitur. Ea eſt in re prava pervicacia: ipſi fidem vocant. Servos conditionis hujus per commercia tradunt, ut ſe quoque pudore victoriæ exſolvant. de moribus German. cap. 24.* Etſi forte more Romanorum, Servis uſi non fuerint, qua de re agit idem Tacitus *in cap. 25.* luculentum Servitutis in vita S. Henrici apud Adelboldum Epiſcopum Trajectenſem §. 25. Tom. I. Scriptor. Rer. Brunſuicenſ. pag. 436. exemplum extat. Ibi: *In primo igitur im-*

 petu

petu Mertula diruitur , & Hezelonis milites in ea capti per interceſſionem Principum ſani & ſalvi permittuntur abire. Sclavi autem Buzislao in adjutorium miſſi in ſervitutem exercitui diſtribuuntur. ad Jus Saxonicum art. 42. 2. Schilter in praxi Jur. Rom. in For. Germ. reſpondet Exerc. 3. §. 4.

§. IV.

Secunda Cauſa, quæ Mutationem Operarum licitam efficit, eſt NECESSITAS, illa enim tacite ſemper & ubivis excepta cenſetur *arg. 1. Sam. 21. v. 6.* quod approbavit Chriſtus *Matth. 12. v. 1. & ſeq.* & Pontifex *Can. 19. Diſt. 4.* hæc immunitates ac privilegia tollit, *L. 1. & 2. C. ut nem. lic. in emt. ſpecierum ſe excuſ. L. 1. 2. & 3. C. de Epiſcop. & Cler. L. 5. 7. 10. & ſeqq. C. de SS. Eccleſ. t. t. C. de quib. mun. nem. lic ſe excuſ. Cap. adverſus X. de immunit. Eccleſ. Canon. tributum Cauſ. 23. quæſt. 8. Receſſ. Imp. de Anno 1495. pr. & de Anno 1500. 1542.* §. und nemlich ſoll *&c.* Es ſoll auch alle ꝛc. *de Anno 1544. §. 10. 1603.* §. Nachdem / omneque illud licitum facit, quod jure naturæ & divino non eſt prohibitum, *arg. L. 15. de Condit Inſtit.* qua de re integrum Tractat. conſcripſit Ahasv. Fritſch. *de Præſidio Neceſſitatis contra Legem*, ubi *in Sect. 5.* rationes hujus Regulæ latius exponit. Ita, quamvis inter civium Germanorum libertatem, quod operas militares, etiam exteris Principibus vel Rebuspublicis elocare queant, non immerito numeretur *Capitulat. Leopold. Art. 16.* ubi tamen Patria armis preſſa gemit & auxilio eget, huic potius, quam aliis ſuccurrere tenentur, proindeque Avocatio Univerſalis non tantum Imperatori, ſed & particularis, ſi Status Imperii bello vel inter ſe, vel cum exteris impliciti ſint, ipſis jure conceditur Fritſch. *d. l. Sect. 6. Concl. 4. n. 2.* adde Schwed. *Introduct. Jur. publ. Part. ſpec. Sect. 2. cap. 16.* non tamen idem jus Dominis

Digitized by Google

minis Juriſdictionalibus, cum ex altiori principio fluat Avocatio, regulariter defendemus, niſi forte ruſtici, homines proprii, vel glebæ addicti repetantur *L. 15. & 21. in fin. C. de agric. & cenſ. L. unic. C. de Colon. Palaſt.* vel regionis mos aliud ferat jung. Carpz. *dec. 105.* & Mev. *p. 3. A. 161. n. 1. Huſan. de hominib. propr. C. 7. n. 70.*

§. V.

Intuitu Subjecti Activi mutatio aliquando ex memorata Neceſſitatis cauſa licita efficitur: Ecce enim, vaſallus ſuo Domino, non alii ad ſervitia tenetur, nam quæ tertio præſtantur, diverſa à promiſſis videntur *L. 12. de Oper. Libert.* quod ſi tamen Domini egeſtas ceſſionem pro pecunia alteri facienda efflagitet, minime eam injuſtam pronunciabimus *L. 1. C. de Oper. Libert.* arg. *Auth. hoc niſi C. de Solut.* Kohl. *de Servit. Feudal. P. 2. n. 119.* Ubi quando ceſſio Servitiorum Feudalium fieri queat, in diverſis limitationibus proponit; Certe aliquando primo intuitu, quaſi Subjectum Activum mutaretur, apparet quod tamen ipſa rei veritate inſpecta, minime contingit: Si enim alius Princeps vel una cum Noſtro vel ex conceſſione hujus ſolus in hoc Principatu Venationem exerceat, cum hic vice Regentis hac in parte fungatur, ei à ſubditis operæ omnimodo debentur, idem erit, ſi pars territorii una cum operis alteri cedatur, novus Dominus, qui loco prioris ſubſtituitur, operas, quas alii præſtiterunt, recte exigit; Pari ratione, ſi Ruſticus certo prædio, quod alii elocatur, vel ceditur, Servitia debeat, huic operas fruſtra denegabimus, priori enim caſu vice Domini utitur ac poſſidet Franzk. *L. 2. R. 15. n. 1.* poſteriori debitæ operæ una cum re ad quemcunque Poſſeſſorem recte transferuntur *L. 23. §. 2. de S. P. R.* & non tam perſonæ, quam prædii poſſeſſionis

ratio

Digitized by Google

ratio habetur *L. 16. C. de Epiſcop. & Cler.* Franzk. *d. l. n. 30.* vid. hac de re Balthaſ. *cap. 16. verſ. ſi vero nulla inter Dominum.*

§. VI.

Porro Neceſſitas licitam facit operarum mutationem ratione Subjecti Paſſivi, ita, etſi alias ad excubias in caſtris Domini præſtandas, non teneantur ſubditi, tamen ubi tumultus, graſſationes, incendia, oppreſſiones, aliaque pericula non fruſtra metuimus, ibi excuſatio locum non habebit, quin potius tunc excubiæ in Civitatibus & Pagis per totam Provinciam Auctoritate Imperantis indicendæ, Principis enim cura eſt, vigilare, pro Salute Patriæ, ſubditorum vero media conſervationis patrimonio & opera ſuppeditare vid. Cic. *C. 2. de LL.* & Fritſch. *Tract. de Excub. Cap. 3. n. 5. & 6.* quod itidem in multis locis ad Dominos Jurisdictionales, ut & illis tempore neceſſitatis quoties imminet periculum operæ debeantur, alii non immerito extendunt *arg. L. 18. C. Locati L. 24. de Operis Libertor.* hoc enim non tantum natura ſubjectionis ſuadet, ſed & propria quoque ipſorum ſubditorum utilitas poſtulare videtur Erhard. *cum allegatis de Operis Ruſticor. Theſ. 6. Lit. B.* Et quamvis ſubditi ex gratia Superioris ſpeciali Exemtionis privilegio à delectu gaudeant, daß ſie keinen zum Außſchuß zu ſtellen ſchuldig ſeyn / attamen Caſus Neceſſitatis etiam hic tacite exceptus cenſetur, vid. *text. ſupra cit.* inciperet enim alias privilegium fieri iniquum, & inevitabilem totius univerſitatis ruinam indiſcreta nimis poſt ſe traheret exemtio, vid. Fritſch. *de Præſid. Neceſſitat. S. 6. C. 6.* Mynſing. *C. 4. O. 70.* Non vero proprie dicta ſuberit mutatio, quando operæ propter prædia, quæ quis poſſidet, alii debentur, eaque ad novum poſſeſſorem tranſeunt, ac ab

illo

Digitized by Google

illo conſueta alias ſervitia exiguntur, ſunt enim hæc onera realia, quæ una cum re ad quemcunque poſſeſſorem transeunt, imo in dubio, ut, quando non conſtat evidenter operas ex conditione & natura perſonæ, veluti ab homine proprio, præſtitas eſſe, eas à prædio deberi, ac poſſeſſorem quemlibet gravare cum Lyncker *Reſolut. 278.* ſuſtinebimus, neque, præſertim in Territoriis clauſis, eas Jurisdictioni, niſi conſuetudo aliud ferat, adſcribemus, apud alium enim ſæpe numero Jurisdictio, apud alium jus exigendi operas conſiſtit, neque Princeps illam concedendo has inſimul a ſe abdicaſſe videtur, niſi forte eæ & exercitæ fuerint conſequentiam Jurisdictionis veniant Stephani *L. 2. de Jurisdictione P. 1. C. 7. n. 453.* late hac de re Lyncker *in Reſolut. 113.*

§. VII.

Ad Statuum Germaniæ Reſidentias certi pagi quibus onus peragendi operas Aulicas incumbit, quos vulgo Frohndörffer vocant, pertinere ſolent, evenit autem ſubinde, ut quando propius larem fortunarum ſuarum inſtruit Princeps, novæ operæ ſubditis, ne ille, in contemtum dignitatis ſuæ vivere cogatur, neceſſario ſint indicendæ, atque ad has, ubi neceſſitas earum præſtationem efflagitat, & alia vix media Domino, ad vitam cum decore tranſigendam, ſuppetunt, ſubditi ſe ſemper tacite obligaſſe videntur Jung. *Cap. 3.* ſupra. Qua in re tamen ne nimium graventur & ad exſolutionem reliquorum onerum inutiles reddantur, etiam ipſorum Imperantium intereſt, *arg. §. fin. J. de his qui ſui vel alieni juris ſunt*, quo præſuppoſito illa utilis erit diſquiſitio, an augmentum ſervitiorum omnes Domini ſubditos, an vero ſolos Pagos ſervitiis obnoxios die Frohndörffer reſpiciat. Poſterius dicen-

dicendum videbatur, quia hi ſe ab initio ad operas Superiori indeterminatas, quæ quodlibet augmentum recipiunt, obligarunt, nova quoque Servitia in conſequentiam Superioritatis territorialis debentur, & pagi tales utpote Aulæ communiter viciniores, plus inde præ cœteris emolumenti percipiunt, adeoque & majus onus merito ſentiunt: Sed aliud placuit Jenenſibus, haud dubie, quod hæc obligatio reſpiciat ſervitia ſolita, neque indeterminata ulterius extendantur, & indefinita moderationem quoque, ne ſubditi nimium premantur, admittant Mev. *P. 4. Deciſ. 132.* fluant ex Superioritate, adeoque omnium pariter ſubditorum obligationem poſt ſe trahant, utilitatis quidem ſit habenda ratio, eſt per eam tantum inæqualis operarum præſtatio, non vero omnimoda ab iis liberatio inducatur, apud Lyncker *Deciſ. 320.* cujus verba apponi merentur. Die Frohndörffer wolten denen Gerichts-Dörffern des Ammts Hildburghauſen / in denen neuen Dienſten / ſo zur Reſidentz zu leiſten / gleich gehalten ſeyn / retentis de cœtero operis auff ſich / quas ante hac præſtiterant: hi repugnabant. Pronunc. M. Maj. 1693. daß die Frohndörffer / über diejenige Frohnen / welche ihnen / ehe die Fürſtliche Herrſchafft dero Reſidentz in dem Ammt genommen / obgelegen / vor andern Dorffſchafften nicht zu beſchweren; ſondern es werde / in denen nunmehr entſtandenen / neuen / und vor der Zeit nicht geleiſteten Frohnen / billig unter ſolchen Frohn-Dörffern und denen Gerichts-Dörffern / eine Gleichheit gehalten; Jedoch / daß auch die übrigen Unterthanen / auſſer dem Ammt / dazu mitgezogen / und nachdem deren einige nähern Genuß von der Reſidentz / und ſonſt wenigere Beſchwerung haben / denenſelben in dergleichen Frohnen nach der Billigkeit / auch ein mehrers aufferleget werde. V. R. W.

§. VIII.

Digitized by Google

§. VIII.

Cœterum extenſionem operarum, ut novæ & inſolitæ debeantur, Nobilibus non concedemus, fac enim Dominum tria caſtra poſſidere, quorum ſingula ſuos habeant ruſticos ad operas obſtrictos, & prædia hæc inter totidem liberos diſtribui, unicuique autem dum ſeparatam inſtituit œconomiam ſervitia hactenus præſtari ſolita non ſufficere, hic certe in odioſa hac juris materia extenſionem nullam admittemus, neque quod Regionum Domino licet, id ſtatim cuilibet alteri infirmiori Jure nitenti applicandum. Knipſchild. *de Nobilitate Sagat: & togat. L. 5. cap. 21.* Nec hic quicquam efficit Neceſſitas vel indigentia Domini, quia is quidem commiſeratione dignus eſt, ſed propterea tamen aliis novum onus non accreſcit, ſicuti enim is qui debet Sempronio decem, etſi hic egeat, ei tamen ob iſtam cauſam centum ſolvere non tenetur, ſed præſtando decem liberatur *Princ. J. quibus mod. toll. oblig. & L. 49. §. 2. de Solut.* ita & operarum debitor ob indigentiam Domini, ultra quam ſe obligavit, non adſtringitur.

§. IX.

Mutationem operarum etiam ratione temporis illicitam eſſe in Diſſertationis primæ *Cap. 2.* diximus, ut qui verbi gratia operas vectorias de æſtate præſtare tenetur, tempore hyberno ad exhibitionem earum nullatenus adſtringatur, nam eo ipſo, quo non ſunt indictæ, videntur eatenus tacite remiſſæ *L. 21. 22 & 24. de oper. Libertor.* item ut de die non de nocte præſtentur, ſed & hoc fallit in caſu Neceſſitatis, quando incendiarii, prædatores, aliudque inſidioſum hominum genus graſſatur, tunc enim etiam ad nocturnas excubias *vid. §. 6.* Domino obligantur Carpz. *Juriſprud. P. 2. Conſt. 51. Def. 1.* Balthaſ. *de Operis ſubditor.*

Cap

Cap. 13. verſ. circumſtantia. Porro cum alias Dominicis & feſtis diebus, operarum exactio ceſſet, & quilibet Orationi & Sacris intentus eſſe debeat, tamen & hic neceſſitas aliquando exactionem licitam efficit; quid enim ſi ingruat hoſtis, anne propter Sabbathum muri cum aggeribus deſerendi, itaque aditus ad internecionem omnium hoſti concedendus? minime, cum defenſio, exemplo Maccabæorum *1. Cap. 2. verſ. 41.* tempori non ſit adſtricta, ſed ſemper & ubique licita reputetur, adeoque tunc ſubditi operas manuarias vel jumentarias, in conſequentiam Superioritatis territorialis, quoties ſubeſt communis omnium conſervatio detrectare non poterunt. Eſt quoque illud evidens quod Vaſallus ad ſervitia feudalia obligatus omni tempore, quoties id commodum videbitur Domino Servitia præſtare teneatur *1. Feud. 5. 19. 20. & 25. 2. Feud. 12. 21. 26. §. beneficio & 55. §. firmiter.* Veram & juſtam autem neceſſitatis cauſam exigimus, nam quin ſub prætenſo neceſſitatis velamento hic ſæpius peccetur, nemo facile inficias ibit, qui conſiderat miſeros ruſticos à Dominis ſuis plerumque die Dominico, ad portandum alio literas, vel neſcio quid faciendum ablegare ſolent, quos merito ob profanationem Sabbathi & ademtionem temporis ad requiem deſtinati, cum Colero *de Proceſſibus P. 1. C. 6. n. 61.* redarguit Balthaſ. *l. c. verſ. 2. circumſtant.*

§. X.

Mutationem ratione Loci *in cap. 2. §. 19.* omnimodo illicitam eſſe pronunciavimus, neque diſtinctionem inter operas Vulgares vel Aulicas admiſimus; Enimvero ſubditi ad caſtrum hujus territorii Servitiis adſtricti, ſi Dominus in alio Comitatus vel Principatus Palatio reſideat, ibidem operas præſtare non tenebuntur, quamvis iis Dominus

nus

nus neceſſario indigeret, operæ enim præſtandæ, ubi prædia ſita ſunt, quorum intuitu illæ exiguntur *arg. L. 5. & 9. §. fin. de Tranſact.* neque aliter debentur, quam ſi ibi moratur Dominus *L. 21. de Oper. Libert.* & ita in Camera Imperiali in cauſa Hatgau contra Hanau & in cauſa F. contra G. pronunciatum eſſe teſtis eſt Gylman. *Deciſ. Cam. Part. 2. Deciſ. 4. & 9.* Erhard. *de Operis Ruſticor. Concluſ. 24. L. B.* & Balthaſ. *de Operis Subditorum cap. 14. v. 1.* Inquis poſſe tamen neceſſitatem, quæ Dominum urget, ſæpe illud jus imperare, ſi forte numerus Subditorum ejus provinciæ, in qua degit Princeps, notabiliter decreverit, utputa per peſtem ſimileve contagium, depopulata fuerit Regio, ut onerum aulicorum ferendorum pares non exiſtant, tunc æqualitatem, ut in alia provincia degentes, quoties media Domino deficiunt, tempeſtive ſuccurrant, omnimodo ſuadere, nam Reſpondebo exinde nihil aliud elici, quam quod ſubditi in caſibus Neceſſitatis Domino ſubvenire, non vero quod præciſe vecturam præſtare teneatur, per hanc enim nimis dura ſubditorum, imprimis ſi domicilium eorum unius vel plurium dierum ſpatio à Reſidentia diſtaret, conditio efficeretur, parum quoque intererit Domini, an ruſtici in perſona & propriis an vero conducticiis Equis utantur, vel etiam pecuniaria præſtatione, indigentiæ ejus præſto ſint, qua de re infra forte latius agemus.

§. XI.

Quoties vero Servitia in conſequentiam Superioritatis Territorialis debentur (quales non ſunt omnes quæ ad exercitium Regalium prætenduntur, & v. g. vel voluptati vel utilitati tantum Principis privatæ inſerviunt, ad venationem nimirum, niſi ea ad extirpationem nocivorum animalium

 malium

malium inſtituatur, vel metalli fodinas prætenſæ operæ, ſed eæ, quæ communem omnium ſalutem atque tuitionem reſpiciunt) toties Neceſſitas Domini operarum mutationem etiam ultra territorium licitam efficit, ita v. g. ut de uno in aliud, alterius territorii propugnaculum tormenta bellica, annonam & apparatum bellicum transportent, Subditi declinare nequeunt. Communis enim neceſſitas atque utilitas, commune quoque omnibus onus imponit. *arg. L. 7. & 12. C. de operib publ.* Vaſq. *Lib. 1. Illuſtr. Controverſ. Cap. 6.* Ex eodem porro principio fluit, quod tempore belli, diffidationis, graſſationis incendiariorum, operas de caſtro in caſtrum, etiam longe à ſubditis diſſitum, transferre permittatur Carpzov. *p. 2. C. 11. d. 2.* Knipſch. *de Nobilit. L. 3. c. 21. n. 43.* nam nec clerici tempore neceſſitatis à vigiliis & murorum cuſtodiis immunes ſunt *C. 2. X. de immunit. Eccleſ. L. 7. C. de SS. Eccl.* ibique Brunn. neque hi ex defenſione murorum ſi pro tuitione ſua propriis manibus aliquem occiderint irregulares efficiuntur. *C. 24. X. de homicid. junct. Clem. un. eod.* Lyncker. *in Anal. ad Deſſel. Erotem. J. Can. L. 3. t. 49. qu. 4.*

§. XII.

Ea quæ diximus ſine dubio in Servitiis Feudalibus obtinent, ſequi enim Vaſallus tenetur Dominum, regulariter etiam extra Territorium, quoties id indigentia vel neceſſitas exigit *1. Feud. 1. in fine 2. Feud. 7. 40. 55. §. firmiter &c.* Alea enim belli, aliam juris diſpoſitionem vix fert, nam non ſemper tutum eſt, in territorio proprio expectare hoſtem, ſed expedit aliquando ei obviam ire & in hoſtile ſolum arma devolvere præſtat. Schraderus *de feudis P. 6. Cap. 6. n. 13.* Roſenthal *Cap. 8. concluſ. 25.* ibique tam in bello juſto offenſivo quam defenſivo procedit *2. Feud. 7.*

40.

Digitized by Google

40. & 54. late Kohl. *de Servitiis Feudalibus P. 3. n. 14. cum ſeq.* quod tamen idem ſub *n. 23.* notabiliter limitat, ſi ipſe Vaſallus bello implicitus ſit & pro tuenda propria regione ope aliorum indigeat, nam proprios ſubditos auxilio deſtituere & in alienam provinciam Dominum ſequi, eſſet contra ordinatam charitatem agere *L. 6. C. de Servitut. & aqua Cap. ſi non licet. Cauſ. 23. Quæſt. 5.* niſi Dominus Vaſallorum ſecuritati ſufficienter proſpicere vellet, vel territorium hujus adverſus hoſtilem impetum minime tueri, ſequendo vero Dominum periculum declinari poſſet, tunc enim fruſtra in ſua ditione ſubſiſteret Vaſallus, Schraderus *d. l.* Kohl. *n. 24.*

§. XIII.

Ex quibus illa, quæ hodie inter Magnates Germaniæ contingere poteſt quæſtio; Utrum Status Imperii cum Imperatore contra Regem Galliæ, bello impliciti, itaque omnes ſuas vires juxta taxam matricularem, in conſervationem communis Patriæ impendentes, ab aliis Conſtatibus, integrum territorium; aut partem ejus beneficiario jure poſſidentes, pro liberanda Domini Provincia, Servitia militaria ultra ea quæ Imperio exhibent, præſtare teneantur? Lucem quandam accipit: Ut autem ea ſolide diſcutiatur, prænotandum (1) nobis non eſſe ſermonem de iis, qui illuſtri Statuum Imperii Dignitate gaudent, ratione vero certorum bonorum alterius Con-Status Landſaſſii & Vaſalli ſunt, nam quin hi Domino, neceſſitate exigente, ad operas militares, pro natura & conditione tamen feudi, teneantur, dubium non habet, hos enim generalitas textuum juris feudalis & primæva eorum origo ab hac obligatione nullatenus excipit *1. Feud. 1. §. notandum eſt autem 1. Feud. 5. 1. Feud. 12. & 55. §. firmiter.* Nondum (2) eo tempore

quo

quo jus Longobardicum vitam accepit, cum tunc alia Regni Germanici facies, nomen Con- vel Statuum in Imperio inauditum fuerit, omnes Imperii Vaſalli etiam ſequiore tempore ab Imperatore unice dependerint; Superioritas Territorialis incognita, & beneficiariorum jus per mortem plerumque exſpiraverit, Controverſiæ huic locum non fuiſſe, adeoque nec exinde deciſionem ſed potius ex jure Germanico ſcripto vel non ſcripto deſumendam eſſe; Quibus præmiſſis nobis omnino diſtinguendum videtur, utrum hæc bona quæ à Con-Statibus recognoſcunt Status, jam tum Imperiali matriculæ inſerta fuerint, ſicque inde Imperatori & Imperio Servitia præſtentur, an vero ejusmodi onera ferat Dominus, vel ab iis per privilegium ſpecialiter impetratum, aut alio modo exemtus ſit? Duobus poſterioribus caſibus ipſa æquitas & generalis textuum feudalium ſupra allegatorum diſpoſitio, niſi forte caſus *§. 12.* ſubintret, ipſis præſtationem Servitiorum injungit. Priori caſu pro liberatione Vaſallorum pugnabimus, idque quia (1) bona Imperii antequam qualitate feudali afficerentur, jam tum Imperatori & Imperio ad ſeruitia reliquaque præſtanda obſtricta fuerunt; adeoque nonniſi ſalvis Reipublicæ juribus, ab Electoribus & Principibus in feudum recognoſci potuerunt, neque etiam (2) cum feuda Imperii teſte B. Dno Hertio *in Diſſert. de Feudo oblato* utplurimum non data ſed oblata ſint, credibile eſt, beneficiarios homines, ſeu ad ſervitia militaria propter unam eandemque rem ſimul Imperio & Con-Statui obligaſſe, ita enim, contra quam fas eſt, duplici onere premerentur. Quod (3) Inſtrumento Pacis Cæſareo Suecico *art. 10. §. viciſſim. 15.* repugnare videtur, ibi enim quoad hæc onera non tantum inter Regnum Sueciæ certas Imperii Provin-

cias

cias ſeudali nexu recognoſcens, aliosque Status comparatio inſtituitur, ſed & reliquis Imperii Vaſallis non aliæ operæ, quam intuitu Imperii præſtandæ, imponuntur. Porro (4) hujusmodi operæ militares communem totius Regni Germanici ſecuritatem atque conſervationem reſpiciunt, onera vero Imperii ſine omnium Statuum conſenſu & ſuffragio exigi aut imponi nequeunt *Inſtrum. Pac. Suec. art. 8. §. gaudeant 2.* metuenda hinc (5) ingens in Imperio confuſio, Statuum debilium à Potentioribus ſuppreſſio, & ob continuatam de tempore in tempus Servitiorum exactionem, Statuum enervatio & hac via eveniet, ut onerum Imperii ferendorum ſenſim impares efficiantur; taceo (6) poſita contraria ſententia, Dominum directum ratione ſui juris nihil Imperio contribuere, vaſallum autem duplici flagello cædi, huc facit (7) inveterata hactenus in Regno Germanico obſervantia, ſecundum quam antiquiſſimis ab hinc temporibus continua & non interrupta ſerie Status Imperii ab hujusmodi ſervitiis immunitatem obtinuerunt, qualis conſuetudo merito pro lege obſervatur *Inſtrum. Pac. Suec. art. 8. §. 4. in fine* nec in jure, legitimo modo obtento ulli turbatio concedenda *d. Inſtrum. Pac. art. 8. §. 1.* & inconveniens utique eſt Status Imperii in eminenti quadam dignitate Conſtitutos cum Landſaſſiis & minutilis Vaſallis, ratione oneris comparare: Nec facit ſi regeras, ea ratione feudum Domino directo inutile forte, nam ut nihil de ſperato conſolidationis jure, nunc commemorem, cum hic operas quas Dominus debeat Imperio præſtet, utique ille inde emolumentum percipit, nec ultra gravandus, ne bis idem contra regulam Juris notam *in l. 57. de Reg. Jur.* exigatur, quibus autem remediis adverſus Dominum hac in parte vaſallo ſuccurrendum

uendum ſit in ſeq. Diſſertatione tertia D. V. latius declarabimus.

§. XIV.

Operæ invito debitore juxta tradita ad *cap. 2.* in pecuniam mutari nequeunt, ſed tamen & hoc propter neceſſitatem Domini exceptionem admittit, ſi enim hic ære alieno obrutus, ſuæ indigentiæ proſpicere nequeat, neque aliunde ſolvendi media ſuppetant, ab iis qui operas debent, nummos, quo neceſſitatibus ſuccurrat, exigere poteſt, nec mirum, quia neceſſitate premente etiam privilegia ceſſant, & extraordinariam ſæpe viam ingredimur *L. 1. C. ut nem. lic. in empt.* Berlich. *P. 1. Deciſ. 67. num. 12.* Balthaſar *de Oper. Subdit. C. 10. verſ prædicta* adde Lyncker. *in Anal. ad Deſſel. Erot. L. 3. t. 49 Q. 4. ad verb. pontiumque refectionibus*, ubi tradit, quod Clerici ad reparationem murorum teneantur in ſubſidium, quando neceſſitas differri neſcia, reparationem efflagitat, nec Magiſtratus per negligentiam culpa ruinæ fuit, idque non tantum in Servitiis allodialibus, ſed & feudalibus obtinere conſtans eſt DD. traditio. Quod exemplo collectarum ob bellum Turcicum indictarum ex *Receſſ. Imper. de Anno 1594. §.* Demnach ſollen auch. ſufficienter clareſcit Carpzov. *L. 4. Reſp. 71.* Ex Andrea ad Speculatorem & Felino Balthaſar *d. l. verſu ex eadem ratione.*

§. XV.

Ex quibus ſua ſponte fluit quod quando bona Domini, ab hoſtibus capti, pro lytro non ſufficiunt, non tantum Vaſalli ſed & ii qui operas allodiales debent, ad lytrum non aliter, quam ſecundum proportionem Servitiorum debitorum teneantur; ingratitudo enim ſumma foret, ſi quis Dominum in tanta anxietate deſerere vellet,

&

Digitized by Google

& indigni ſunt ut aliquid poſſideant ab eo, cujus interitum quærunt, *arg. 2. Feud. 24. ʃ. idem ſi delator.* Inſuper quia ultra Servitia non magis quam alius debitor obligatur, hinc & hæc reſtrictio recte adjicitur *arg. 2. Feud 55. ʃ. firmiter* & cum ad alimenta quoque libertus patrono obſtringatur *L. 5. §. 18. de agnoſc. & al. lib.* Vaſallo etiam incolumitatem Domini quærere incumbet *2. Feud 6.* unde conſequitur, quod is ad proportionem Servitiorum Feudalium, ne Dominum necare videatur *L 4. de agn. & al. Lib.* pecuniam pro Servitiis, ſi egeat (quicquid velit Roſenthal *cap. 8. Concluſ. 23. n. 9.*) præſtare obligetur *arg. 2. Feud. 26. ʃ. licet* Struv. *d. l. n. 14. & 15.* Anthon. *Diſput. Feud. 7. lit. e.* proportionem autem medietatem in Feudis reſpicere ex *2. Feud. 25. §. firmiter* conatur probare Stryk. *in Exam. Feud. c. 18. quæſt. 34.* idem jus ad Feuda Franca ex naturali æquitate extendit Struv. *d. l. n. 5.*

ʃ. XVI.

Admonendi tamen ſumus (1) prædicta non aliter procedere quam in caſu certæ & evidentis neceſſitatis, nam tunc durum nimis foret, ſi ſubditus cujuscunque generis, Imperanti, vel alius ei à quo beneficium habet ſuccurrere nollet *L. 7. C. de SS. Eccleſ. L. 12. de Oper. publ. C. 2. X. de immun. Eccleſ* Struv. *in S. Feud. cap. 11. ʃ. 5.* Unde prætenſa neſcio quibus ex cauſis Dominorum neceſſitas, ut hoc ſub prætextu tanto ſecurius miſerorum ſubditorum loculos emungere poſſint, ſua ſponte dicam accipit, & recte ſcribit Lyncker *ad Deſſel. L. 3. tit. 49. quæſt 4.* in caſu dubiæ neceſſitatis Clericis poſſeſſorium exemtionis concedi, quod in neceſſitate aperta & urgente penitus exulat. Advertendum (2) mutationem hanc non aliter juſtam reputari, quam ſi æqualitas inter Servitia & pecuniam ſervetur, debitores

 enim

enim aliter præter fas, non tantum per ipſam rei debitæ mutationem, ſed etiam ob non ſervatam proportionem, ſicque duplici modo læderentur: Succurrendum quidem eſt neceſſitati Dominorum, ita tamen ne ſervitiorum debitores eo ipſo flebilem indigentiæ caſum experiantur, & huc facit *L. 39. §. 1. de Oper. Libert.* Sixtin. *de Regalibus L. 2. C. 13. n. 76.* & Huſan. *de hominibus propriis cap. 6. n. 76. 2. Feud. 26. §. licet.* Struv. *S. Feud. cap. 11. n. 15.* Balthaſar *Cap. 16. verſu ſi vero nulla.* addendum (3) hanc operarum commutationem non perpetuam ſed temporalem eſſe, ceſſante enim cauſa, ſcil. ipſa Neceſſitate, effectus quoque ceſſet, neceſſe erit, neque tunc Subditi, vel Vaſalli nolentes, amplius ad Servitia adſtringi poterunt Sixtinus *d. L.* Schepliz. *in Conſuetud. Brandenburg. P. 4. tit. 11. §. 3. n. ult.* quod de reſtitutione non modici lytri à Domino, ſi ad pinguiorem fortunam perveniat, Vaſallis facienda, tradit Kohl. *d. l. p. 4. n. 50. ſeqq.* in præſentiarum non moror, neque argumenta ejus, ſi quantitas ſervitiorum non excedatur, ſatis firma videntur.

§. XVII.

Sicuti vero Neceſſitas, alia eſt Ratione Domini de qua hactenus, alia intuitu ejus qui ad operas obligatur, qualis dici poſſet impoſſibilitas, *L. 45. §. fin. ff. de Excuſ.* hæcque rurſus vel Moralis, eaque vel quoad Subjectum aut in conſideratione ad Objectum, vel Phyſica & Naturalis, ita de ſingulis brevibus agendum & quæ noſtra hac de re ſit ſententia ſine ambagibus exponendum.

§. XVIII.

Impoſſibilitatem Moralem diximus aliam eſſe Subjectivam, quando quidem operæ per ſe nihil turpitudinis involvunt, ſed tamen absque nota dignitatis & dedecore per-

ſonæ

Digitized by Google

ſonæ expediri nequeunt, tunc etſi alias ſecundum naturam negotii vel conventionis in propria perſona ſervire teneretur, debitor, tamen ob dignitatem emanere & ſubſtitutum Domino acceptabilem mittere poſſet: abſonum enim foret, ſi Comes, Princeps, vel etiam Clericus effectus, bona quædam à Ruſtico Servitiis obnoxia poſſideret & in propria perſona vel ſtivam tenere, vel agros ſtercorare, vel alia quælibet Servitia præſtare obſtringeretur, quod manifeſte comprobant textus in *2. Feud. 100. l. 16. & 21. C. de Epiſcop. & Cleric. L. penult. ff. de Operis Libertor. arg. L. 8. §. fin. de Procurator.* ab initio enim tacite id inter partes conveniſſe, aut tamen ſi dignitas ſuperveniat, cum omne negotium ita intelligendum rebus in eodem ſtatu manentibus, id tacite exceptum videtur, idque tam in operis Feudalibus quam Allodialibus procedere teſtes ſunt Kohl. *de Serv. Feudal. P. 1. n. 105. & ſeq.* & Struv. *in Synt. Feud C. 2. n. 4.*

§. XIX.

Per dignitatem autem, ad ſervitia obligatum, ab iis non penitus liberari; partim ex *cit l. 21.* ibi: *per Subſtitutos periculo ſuarum facultatum curiæ muneribus ſatisfacere non vetentur. C. de Epiſcop. & Cler.* partim ex *2. Feud. 100* verbis: *vel alium Ducem in Ducatu conſtituendum qui feudo ſervire debeat & Domino fidelitatem faciat*, partim etiam ex ratione quod nullibi legatur, per dignitatem obligationem tolli, quæ in ipſa natura, quatenus promiſſis ſtandum fundamentum habet, luculenter pateſcit *l. 1. de conſtit. pecun.* ac inique ageretur cum Domino, ſi is qui non aliter quam ſub lege ſervitiorum prædia ſua vel beneficium alteri conceſſit, ſimul & operis & rebus contra datam fidem carere cogeretur: Hinc ſua ſponte fluit *l. 34. de operis libert.* quæ

Digitized by Google

ob ſupervenientem dignitatem omnimodam ab operis liberationem debitori indicit, ibi: *Sed ſi liberta, quæ operas promiſit, ad eam dignitatem perveniat, ut inconveniens ſit præſtare Patrono operas ipſo jure hæ intercident*, vel de operis obſequialibus tantum, vel potius de iis quæ non intuitu certæ conditionis perſonæ præſtantur, explicandam eſſe, adeoque illud exinde ſaltem probari poſſet quod v. g. Ruſticus qui nulla prædia à Domino poſſidet, ſed tantum ratione habitationis ad ſervitia quædam Domino obſtrictus eſt, ruſticali conditione mutata & civis vel Nobilis effectus ad operas Domino amplius non obſtringatur, exemplum aliud ponit Brunnem. ex Garzia & Zaſ. *dicto tit. n. 2.* Uxorem Nobilem ad obſequia vilia, quæ ejus dignitati minime conveniunt, non obligari, quod tamen non procedet in hominibus propriis, nam hi conditionem ſuam absque Domini voluntate mutare nequeunt, Huſanus *de hom propr. Cap. 14.* adeoque tunc ad minimum intereſſe Domino præſtandum foret, Recte quoque notat Mevius eum non fieri hominem proprium, qui operas ſuas ad certum tempus vel pro beneplacito Domino addicit, proinde mutationem pro lubitu licitam eſſe, cum eodem affirmamus *in P. 4. Dec. 17.*

§. XX.

Notum eſt Vaſallum regulariter in propria perſona, non per ſubſtitutum ad præſtandum Servitia militaria obligari, juxta *text. 2. Feud. 23. in fin. & 2. Feud. 55. §. firmiter* junct. *2. Feud. 26.* § *qui Clericus* niſi juſte impeditus fuerit *dicto Feud. 55. §. firmiter.* cum multis alleg. Kohl. *de Servitiis Feudalib. P. 1. n. 159. & ſeqq.* Struv. *in Synt. Feud. c. 11. aph. 6.* interim ſunt non pauci qui Vaſallos Imperii Eccleſiaſticos & Seculares per interpoſitas Perſonas etiam Imperatori Ser-

Servitia præſtare poſſe, ſicque in iis exceptionem ponendam eſſe, autumant, inter quos eſt Schüz *in Jur. Publ. vol. 2. Diſp. 10. theſ. 10. lit. B.* Förſtnerus *de Suprematu Cap. 28.* Quibus opitulari videtur textus *in 2. Feud. 55. §. firmiter.* & *L. 21. C. de Epiſc. & Cler.* Verum utut Electores, Principes, reliquosque Status, Imperii Vaſallos & latiſſimarum Regionum Dominos, non ad quælibet Servitia abjectiora, in Aula Imperatoris præſtanda facile evocari poſſe, cum Ittero *de Feud. Imp. C. 20. §. fin* inſuper pro contraria ſententia *in Rec. Imp. de Anno 1521. §. 34. & 1576. §.* zu denſelben quippe in quibus locis tantum de ſpeciali conventione, inter Status & Imperatorem inita, quod ipſi non pecuniam ſubminiſtrare, ſed pro iſto rerum ſtatu milites in auxilium mittere velint, nihil præſidii eſſe facile concedamus, tamen generalitas textuum ex jure feudali ſupra allegatorum, quippe qui non tantum de valvaſinis, ſed utplurimum de Vaſallis majoribus quoque loquuntur: Deinde obligatio vaſallitica, juris jurandi in propria ipſius Vaſalli Perſona præſtatio *in 2. Feud. 7.* quodque Vaſallus Domino in perſona poſſit magis eſſe proficuus (quid enim ſi Vaſallus ſingulari peritia militari inſtructus eſſet, quo in caſu etiam ipſe Itterus *cit. loc.* ſubſtitutum excludit) & quæ ſunt ſimilia, tum & exemplorum veterum memoria, contrarium ſufficienter innuunt, ita enim Eberhardus Epiſcopus Salzburgenſis & Abbas Monaſterienſis S. Maximini apud Treviros, à Friderico primo ſub pœna præſcriptionis & depoſitionis teſte Goldaſt. *Tom. 1. Conſt. pag. 276. & ſeq.* evocati ſunt, hinc ego comparitionem in perſona, tanquam remedium tutius, omnimodo ſuaderem cum Myllero *de Principibus & Statibus Imperii P. 3. C. 98. n. 7. & ſeq. ad §. firmiter.* Kohl. *cit. loc.* ut itaque alleg. *l. 21.* ad

noſtra tempora, ubi Epiſcopi communiter duplicem perſonam repræſentant, vix applicari poſſit.

§. XXI.

Quod ſi vero eveniente caſu contingat, ut Vaſallus neque in propria perſona, neque per ſubſtitutum ſervitia feudalia præſtare poſſit; quid enim ſi acceptabilis Domino conduci non poſſet & ipſe comparere impediretur? tunc neceſſitas efflagitat ut mutatio operarum in pecuniariam præſtationem fiat *L. 26. §. 12. de condict. Indeb. & 2. Feud. 54.* nihil enim hic Vaſallo imputari poteſt, adeoque Dominus ad caducitatem pervenire nequit: Nec minus iniquum foret, ſi Vaſallus fructus perciperet & omni commodo carere cogeretur Dominus directus, hinc ipſa æquitatis ratio, penſationem per æquivalens admittit *L. 71. §. 3. de Legat. 1.* nam nec tunc neceſſitas ſubeſt legi *capit. Conſilium 2. X. de Obſerv. jejun. Cap. quod non eſt de Reg. Jur. in 6to.* Kohl. *de Servitiis Feudalibus P. 6 n. 53. & ſeqq.* ubi *n. 55.* Determinationem pecuniæ pro quantitate & feudi ſervitii incumbentis arbitrio Prudentis & diſcreti Judicis relinquendam eſſe tradit; Cœterum non eſt juſta cauſa mutationis operarum indigentia vaſalli. Non enim ſicuti Vaſallus à Domino, ita hic viciſſim ab eo beneficium habet Kohl. *p. 4.*

§. XXII.

Impoſſibilitas moralis Objectiva tunc ſubeſſe dicitur, quando ſervitia inhoneſta, turpia, vel illicita imponuntur, notum ſiquidem eſt quod facta quæ lædunt pietatem, honeſtatem & in genere quæ contra bonos mores ſunt, ea nec nos facere poſſe credendum ſit, ex *L. 15. de Condit. Inſtitut.* quæ enim jure licito non imponuntur, ad earum præſtationem nemo tenetur *L. 7. §. 3. L. 16. de Oper. Libert.* Huc referunt DD. ſi conventio de Operis indiſtincte præſtan-

Digitized by Google

ſtandis ad inconſuetas, inſolitas vel ſordidas extendatur. Hoc enim omnimodo illicitum eſſe, cum conventio illa ex provinciæ uſu determinationem accipiat *L. 6. de Evict. L. 31. §. 20. de Ædilit. Edict. & d. L. 16. de Oper. Libert.* Erhard. *de Oper. Ruſticor. Concluſ. 23. l. C.* Balthaſar *de Operis Subditor. cap. 10. §. ad Servitia licita.* Ubi idem in immoderatis quibus tempus alimenta conquirendi ſubditis præripitur juxta *l. 17.* & *l. 19. de Operis Libertor.* Mev. *ad Jus Lubecenſe L. 1. tit. 4. art. 2. n. 15. cum ſeqq.* in tempore inconſueto &c. ſtatuit, quo & pertinet exemplum quod ex Camdeno refert Limnæus *T. I. Juriſpubl. in addit. Lib. 4. pag. 602.* Balduinum dictum *Petteur*, à Rege Angliæ hac lege accepiſſe feudum, ut in die natalis Domini coram Seniore ſuo ſaltaret, buccas cum ſonitu inflaret & ventris crepitum ederet, plura ejusmodi generis enarrat Dietherus ad Beſoldum *voce* Lehndienſt add. Stryck. *Diſſert. de immun. à Serv. Feud. cap. 1. n. 6. & ſeqq.* non tamen huc ſpectat obligatio Ludovici XII. Galliæ Regis qui à Maximiliano Imperatore Anno 1505. Ducatum Mediolanenſem ea conditione in feudum accepit, ut ſingulis annis circa feſtum Nativitatis Chriſti afferat calcaria aurea, nihil enim turpitudinis hujusmodi conventio continet Limnæus *d. l.*

§. XXIII.

Sed poſſet quis regerere, nullam hic ſubeſſe operarum mutationem, cum illicita ſervitia non mutentur in alia, ſed totum negotium irritetur; Aſt diſtinctione hic opus erit, utrum poſt conſtitutionem feudi illicitum ſervitium adjiciatur? ac talis conventio pro non adjecta habetur, feudum ſuſtinebitur, & operæ alias conſuetæ ſunt præſtandæ *d. l. 19. de Oper. Libert. arg. L. 27. §. 3. & 29. §. 2. pro ſocio*, ne ſcil. utile per inutile vitietur *cap. utile de Reg. Jur.*

in

in 6. & negotium per ſe licitum ob ſupervenientem conventionem illicitam nullitate laboret Kohl. *de Servit. Feud. P. 4. n. 140. & ſeq.* an vero ipſi contractui feudali, quo mediante Ruſtico conceditur prædium, talis pactio addita fuerit: & ſubdiſtinguimus, an res tradita fuerit, nec ne? priori caſu negotium non irritabitur, ſed illicita ſervitia in conſueta & ſolita mutabuntur *arg. L. 8. de Condict. ob turp. cauſ.* nam quando ſubeſt utriusq; turpitudo, melior eſt cauſa poſſidentis *L. 3. & 4. ff. eod.* ſi vero res in terminis nudæ conventionis adhuc ſubſiſtat, contractus vitiabitur *lib. 26 61. l. 135. §. 1. de V. O.* Struv. *Synt. Feud. Cap. 11. aphor. 5. in fine.*

§. XXIV.

Ad Naturalem & Phyſicam impoſſibilitatem referimus (1) ætatem, vel nimis teneram, in qua ſunt conſtituti infantes & Pupilli *2. Feud. 26. §. ſi quis deceſſerit.* vel nimis provectam, quæ debilitatem virium ita inducit, ut debitor operas amplius præſtare nequeat *L. 35. de Oper. Libert. l. 3. de Jure immunit.* & quamvis in operis Libertorum per *d. l. 35.* ut ad illas, ultra quinquageſimum ætatis annum, non teneantur liberti, ſit determinatum, tamen id vix aut ne vix ad ſervitia Ruſtica vel feudalia, quæ intuitu bonorum præſtantur applicari poterit, ſed præſertim cum & in aliis juris materiis hæc ætas variet *L. 2. in fine de Excuſat. Tut. l. 3. de Jure immunitatis* hoc tutius diſcreti Judicis arbitrio relinquimus, Monach. *de arbitrar. Judic Quaſt. l. 2. Cent. 1. caſu 58. n. 3.* Balthaſar *C. 10. verſ. ad primum in fine.* Pertinet huc quoque morbus, ob quem ne quidem ſuis rebus quis commode ſupereſſe poteſt, nam hic in iis quæ corporis miniſterio expedienda immunitatem præſtat, quo & pertinet dementia, furor, cœcitas, *l. 1. §. 7. de ædilit Edict.*

Edict. C. 4. X. de ſenſibus. Non tamen huc Vaſalli paupertatem, intellige, quam quis ſibi ipſi contraxit, referendam eſſe jam tum ſupra *in fin. §. 21.* innuimus, abſonum enim foret, ſi propter delicatam ruſtici vel Vaſalli vitam operis ſuis carere cogeretur Dominus, ita enim hic ex perverſitate ſua contra quam fas eſt lucrum ſentiret Roſenthal. *de Feud. cap. 7. Concl. 9.* & Schrader. *pag. 6. C. 6. n. 28.* Dixi quam quis propria ſibi culpa contraxit, nam ſi ex infortunio, belli adverſitate, aut alia inevitabili cauſa ea proveniat, commiſeratione digniſſimus erit, & tam diu operæ differendæ, donec ad meliorem fortunam pervenerit, neque medio tempore æſtimatio præſtanda, facit huc præjudicium apud Richterum *Deciſ. 78.* Und es hat ſich begeben/daß vor und nach dem Decret die Zeiten zu ſchwer worden/ daß ihr nicht eure eigene Huffen Landes/ vielweniger dem von Harras etwas beſtellen können/ ſo gar/ daß alles öde und wüſte/ biß uff dieſe Stunde liegend verblieben/ und ihr nicht einen Pfennig Nutz ſchaffen können. Woferne ſichs nun eurem Bericht nach verhält/ ſo ſeyd ihr bey ſogeſtalten Sachen/ do ihr eure eigene Huffen Landes ohn eure Schuld und Verwahrloſung aus Armuth und Verderben nicht beſtellen können/ deme von Harras die Frohnen von ſelbigen Huffen zu bezahlen nicht ſchuldig. V. R. W. neque recte operæ, quibus carere ob citatas cauſas cogitur Dominus, reliquis ruſticis imponuntur, ſive enim hæ intuitu Jurisdictionis, uti alicubi contingit junge Richterum *num. 27.* & Carpzov. *P. 2. Conſtit. 52. Def. 6.* ſive ratione bonorum præſtentur, nemo alterius onus, cum commodo deſtituatur, contra *L. 10. d. R. I.* ferre tenetur, Richt. *cit. loc. num. 30.* ubi præjudicium. Porro quoties ſine culpa debitoris, prædium ratione

tione

tione cujus ſervitia præſtantur, ingens decrementum vel caſu fortuito vel facto Domini patitur, ita ut impoſſibile ſit, inde amplius operas ſolvere, ipſa ſane æquitas, ſive eæ definitæ ſive indefinitæ fuerint, proportionabilem harum remiſſionem indicit *arg. L. 2. C. de alluv. L. 1. C. de Jur. Emphyt. 2. Feud. 44.* Kohl. *de Servit. Feud. p. 4. n. 20. n. 201.* Struv. *Synt. Feud. C. 11. Aph. 5. n. 9.* Stryk. *de immun. à Servit. Feud. C. 2. §. 2.* Engelbr. *de Oper. Ruſt. th. 61.*

ſ. XXV.

Etſi vero Impoſſibilium nulla ſit obligatio *L. 185. de R. I.* tamen impedimenta ante allata (excepta paupertate) illud ſolum operantur, ut ne quis in propria perſona ſervire, aut dum operas omittit Vaſallus, propterea caducationem bonorum pati cogatur, interim per ſubſtitutum ſervitia utique ſunt exhibenda *lib. 16. & auth. adſcriptitios C. de Epiſc. & Cler. l. 1. C. de præpoſ. agentium. l. 137. §. 5. de V. O.* quia ſufficit quod non ſtet per Dominum quo minus operæ præſtentur & caſus fortuitus regulariter non liberat ab obligatione Erhard. *de Oper. Ruſt. Concl. 32. lit. B.* Balthaſar *d. c. 10. verſu prædicta tamen.*

ſ. XXVI.

Quartam licitæ mutationis cauſam, quæque proxima neceſſitati eſt, vid. Balthaſar. *C. 16. v. ſi vero nulla &c.* conſtituit INTERVERSA ALIAS, ni mutatio contingat, DOMINO UTILITAS; *l. 16. de uſufr. leg.* Ita enim omnis intelligenda conventio, ne ea in irritum deducatur, neque etiam dum commodum Domini per operarum conſtitutionem quærimus, omni eum utilitate fruſtrare convenit, *l. 12. ſ. 4. de uſu & Habitat.* quo & faciunt textus *in l. 25. ſ. 1. & 2. l. 27. de Oper. Libert.* & fortius inde conprobatur, quod jura perſonalia quoque, ſi ea alias inutilia forent,

in

in alium recte transferri queant *l. 22. pr. de Uſu & Habitat. l. 10. §. 1. de Uſufruct. ear. rer.* eamque ſententiam latius deducunt Knichen *de Veſtiturar. Pact. P. 2. Cap. 3. n. 70.* Köppen. *Deciſ. 13.* Erhard. *de Oper. Subdit. Concluſ. 28.* Beſold. *Conſil. 189. n. 70.* Sixtinus *de Regalibus L. 2. Cap. 13. n. 75. & ſeqq.* Carpzov. *P. 2. Conſt. 52. Def. 5. & 6.* Non vero quamlibet prætenſam à Domino incommoditatem, ſed eam, quæ vel omnem plane utilitatem intervertit, vel ferme nihil Domino relinquit, ſolummodo intelligimus *d. l. 22.* ibi: *Niſi liceret legatarius cædere ſyluam & vendere, quemadmodum uſufructuariis licet nihil habituri eſſent ex eo legato, de uſu & habitat. & l. 25. §. 1. de Oper. Libert.* ibi: *ut non aliter operis uti poſſit, quam locaverit eas*, quod diſcretioni prudentis Judicis merito relinquimus *arg. L. 1. §. fin. de jure Delib.* Nam ſi adhuc utilitas, etſi non tanta, quanta olim, adſit, inviti ſubditi mutationem pati non cogerentur, Berger *in Oeconom. Juris L. 1. tit. 2. not. 9.*

§. XXVII.

Quibus conſequens eſt, quod ob dictam cauſam mutatio operarum licita ſit intuitu Subjecti, ita ut alteri pro lubitu cedi queant, ſi Dominus iis abundet vel non egeat, vel longe nimis remotus à ſubditis ſit ut his commode uti non poſſit *l. 26. §. 12. dict. Condict. Indeb. l. 9. §. 1. de Operis Libertor.* cum allegat. Erhard. *de Concluſ. 28. Lit. B.* Deinde ex eodem fundamento licitam eſſe mutationem ratione objecti ut pro operis pecunia exigi queat Erhard. *d. l.* Balthaſar *cap. 16. verſ. ſi vero nulla.* Knipſchild *de Nobil. Sag. & Tog. L. 3. C. 21. n. 87.* unde ſi ruſtici ad certa prædia debuerint operas & Dominus bona illa amiſerit, vel tamen minimam eorundem partem retinuerit, quæ commode propriis jumentis coli poſſunt, pecuniam exigi poſſe reſpon-

derunt Francofurtenſes apud Brunn. *in Cent. 4. Deciſ. 76.* nec minus mutatio licita erit intuitu loci, nam ſi v. g. materia ad ædificationem neceſſaria in territorio vel loco alias ſolito amplius haberi non poſſit, ne & hic operæ Domino inutiles efficiantur extra territorium eam advehere operarum debitores tenentur, ita reſponderunt Lipſienſes Anno 1622. in cauſa Siegfried von Schönfeld zu Grünberg. hoc modo: Ob nun wohl die Unterthanen ſolche führen auſſerhalb Churfürſtl. zu Sachſen/ Unſers gnädigſten Herrn Landes zu thun ſich verweigern: Da ihr aber dennoch innerhalb Landes an keinem nähern Ort/ weder Schindel/ Holtz noch Ziegel antreffen köntet: So wären obberührte eure Unterthanen dergleichen zu eurem fürgenommenen Bau gehörige Materialien von andern Orten/ auch aus der Obern-Laußnitz zu hohlen/ und nach Grünberg zu führen ſchuldig. V. R. W.

§. XXVIII.

Prædictam ſententiam ampliamus, ut, quamvis ruſtici nullo unquam tempore alii ſervitiis obnoxii fuerint aut nunquam pro operis pecuniam præſtiterint, nec unquam extra territorium eas exhibuerint, tamen ſe præſcriptione tueri nequeant, quia hæc non habet initium, neque ad futura ſupervenientia pertinet, Brunn. *d. Deciſ. 74.* Declaramus tamen eandem ut æſtimatio debeat eſſe moderata, & operarum æſtimationi conveniens, ne duplici alias onere premantur ſubditi, *l. 39. §. 1. de Operis Libert.* quod diſcretioni judicis relinquimus. Lyncker *Deciſ. 532. in fine.* Sixtinus *de Regalibus, L. 2. cap. 13. n. 76.* Huſan. *de hom. prop. cap. 6. n. 76.* Schœpliz *in Conſuetud. Brandenburg. P. 4. Tit. 11. §. 3.* Declaramus inſuper, ita, ut ceſſante illa incommoditate, ceſſare quoque debeat pecuniaria præſtatio

Sixtin.

Sixtin. *d. l.* & Balthaſar *d. cap. 16.* Quæ omnia cum latius inclyta hæc facultas Juridica in cauſa derer Gräfl. Solms-Braunfelſſl. Unterthanen in der Grafſchafft Hoingen ꝛc. contra ihren Landes-Herrn / den Hochgebohrnen Grafen und Herrn / Herrn Wilhelm Moritz / Grafen zu Solms-Braunfelß. deduxerit, illud hic ſubjicere libet: Als uns Decano, Doctoribus und Profeſſoribus, &c.

Was nun die Hauptſache anlanget / welche (So viel die bey der vorigen Commiſſion wegen der Dienſt- und extraordinairen Krayß-Gelder / ſchon vorgebrachte Gravamina betrifft /) propter Autoritatem Rei Judicatæ zu examiniren ſonſt ohnnöthig wäre / ſo bringen zwar die Unterthanen der Grafſchafft Hoingen pro primo & præcipuo Gravamine vor / daß ſie der vorigen Herrſchafft / welche zu Hoingen ihre Reſidentz gehabt / die Frohndienſte in Natura, und nur zum Schloß Hoingen præſtiret / oder wann ſolches nicht geſchehen / an deren ſtatt ein geringes an Geld jährlich hätten geben müſſen / jetzo aber wegen der Frohnen ihnen ein weit mehrers zu geben zugemuthet würde / da doch die jetzige gnädige Herrſchafft etwas weiters / als dero Herrn Vorfahren genoſſen / mit Zug nicht prætendiren könte: Dieweil aber 1) allerdings gewiß iſt / und auſſer Zweiffel zu ſetzen / daß als die Graffſchafft Hoingen / mit der Graffſchafft Braunfelß und Greiffenſtein wieder conſolidiret u. auf den jetzo regierenden Herrn Grafen Wilhelm Moritz / iſt devolvirt worden / dieſer in derſelben Grafſchafft cum univerſo jure Territorii, auch das Jus exigendi operas & ſervitia ſubditorum bekommen habe; weil ohnſtreitig iſt / quod qui Regionis Dominus eſt, etiam operas & ſervitia, angarias item ac parangarias à ſubditis exigere poſſit: *arg. cap. un. 2. Feud.*

 56.

Digitized by Google

56. verb. ſecundum quod in novis Conſtitutionibus cavetur, angariarum, parangariarum, &c. Myler. *de Princip. & Statuum Imperii cap. 72.* Textor. *de Jure publ. Statuum Imper. tit. 4. n. 288. ſeq.* Fromman. *de Oper. Subdit. cap. 3.* Schütz *de jur. publ. vol. 1. Diſſert 6. th. 22. lit. C.* Knipſchild. *de Civitat. Imp. L. 2. cap. 5. n 197.* Ritter. *de homag. Concluſ. 148.* Maul. *de Homag. tit. 4.* Roſenthal. *de Feud. cap. 5, Concluſ. 71.* Nolden. *de Oper. Subdit. cap. 2. §. 32.* und dann derſelbe 2) Krafft ſothaner hoher Landes-Obrigkeit die Dienſte nach reiffer Uberlegung alſo determiniret hat / daß ein mit 2. und mehr Pferden beſpanter Ackersmann wöchentlich 5. Batzen / und alſo jährlich 17. Gulden 20. xer. Ein Ackersmann mit ein Paar Ochſen die Woche 4. Batzen / alſo das Jahr 13. Gulden 52. xer. Von einem Pferde die Woche 3. Batzen / alſo jährlich 10. G. 24. x. r. Von einem Ochſen die Woche 2½. Batzen / alſo jährlich 8. Gulden 40 xer. Ein Mann / der nur mit ſeinem Leib dienet / wochentlich 2. Batzen / alſo jährlich 6. Gulden 56. xer. Eine ſolche Wittib aber nur wochentlich 1. Batzen und jährlich 3. Gulden 28. xer. vor die Natural-Dienſte geben ſolle: Welche Verordnung 3) der Billigkeit keines weges zu wider ſcheinet / weil einem Unterthanen / der ungemeſſene Dienſte ſchuldig / nicht zu viel geſchiehet / wann er der hohen Obrigkeit die Woche einen eintzigen Tag dienet / und alle übrige zu ſeiner Nahrung anwenden kan: Auch 4) das Dienſtgeld ziemlich leidlich ſcheinet / indem eines Fuhrmanns mit zweyen Pferden Dienſt des Tags 10. Alb. und ſo der andern nach Proportion vielmehr werth iſt / da einer mit 2 Pferden des Tages leicht einen Gulden / mit einem Pferd oder ein Paar Ochſen einen halben Gulden / und ein Hand-Frohner 5 Batzen wohl verdienen kan / und wann er alſo

nur

nur einem Nachbarn mit ſeinem Geſchirr oder Leib einen eintzigen Tag in dem Monath arbeitet / ſo viel in dieſem Tag verdienet / daß er ſeiner Herrſchafft das Dienſtgeld vor den gantzen Monath geben kan / und alſo in der That dem Herrn faſt nicht mehr als vor 12. Tage das gantze Jahr durch Dienſtgeld giebt. Die übrige Unterthanen auch 5) ſo wohl nahe- als weitgeſeſſene mit ſothaner Eintheilung wohl zufrieden ſind / und das angeſetzte Dienſtgeld / worum ſie ſelbſt gebethen / willig geben / ja / daß ſie dabey gelaſſen werden möchten / ſelbſt bitten / weil ſolche Præſtatio ihnen erträglicher als die Dienſte in Natura ſind: plerumque enim facilior pecuniaria, quam ipſa operarum præſtatio eſt, Brunnem. *Cent. 4. Deciſ. 76. in fin.* folglich die litigirende Unterthanen / auch ſich deſſelben nicht entbrechen können: Inmaſſen 6) denenſelben zu keinem Vortheil oder Prærogativ gedeyen kan / daß ſie vormahls die Dienſte nur zum Schloß Hoingen verrichtet / dann ſolches deswegen geſchehen / weil ihr damahliger Landes-Herr zu Hoingen gewohnet / folglich die Dienſte auch nirgends als nach Hoingen præſtiren dörffen / und weil alſo der jetzige Landesherr zu Braunfelß wohnet / ſie nun dorthin zu dienen ſchuldig ſind: quoniam operæ præſtandæ ſunt in loco ubi Dominus habitat, *L. 21. & 22. in fine pr. ff. de Oper. Libert.* Thomas Maulius JCtus quondam Laubacenſis *in Tract. de Homagio tit. 4. de Operis*, von Frohndienſten *n. 18.* Stamm. *de Servitut. Perſonal. L. 3. C. 21. §. 6. p. 687.* Erhard. *de Oper. Ruſt. Concluſ. 24.* Et ſi Dominus novum domicilium eligit, etiam operæ in novo Domicilio exhibendæ ſunt Erhard. *cit. loc.* Maulius *cit. loc. n. 10.* Coler. *de Proceſſ. Execut. P. 1. cap. 9. n 89. ſeq.* Molin. *Conſult. Pariſ. tit. 2. §. 62. n. 3.* Natta *Conſil. 513. n. 4.* Dannenhero

7) ſie

7) ſie ſich auch damit nicht entſchuldigen können / daß wie die Reſidentz noch zu Hoingen geweſen / ſie die Dienſte ohne Geld und in Natura præſtiret haben / nam quando novus Dominus in loco diſſito & remoto habitat, ac debitis ſervitiis commode uti non poteſt, tunc in pecuniariam præſtationem ea commutare poteſt, modo æquabilitatem obſervet, ne majoris ſummæ pecuniam, quam quæ debitis ſervitiis æquipollet, exigat. Uti docent & de experientia teſtantur Erhardus *de Operis Subdit. Concluſ. 28.* Brunnem. *Cent. 4. Deciſ. 76.* Nolden. *de Oper. Subdit. & maxime Ruſticorum cap. 4. §. 58.* Köppen *Deciſ. 13. n. 2.* Jacobin. de S. Georg. *de Homag. n. 31.* Balthaſ. *de Oper. Subdit. cap. 10.* Knichen *de veſtitur. Pact. P. 2. cap. 2. n. 70.* Beſold. *Conſil. 189. n. 17.* adeo ut licet omni tempore operæ in ſubſtantia fuiſſent præſtitæ, tamen dicto caſu, quo vel dominus in loco remoto habitans ſervitiis opus non habet, vel ipſi ſunt inutilia, ſubditi exceptione præſcriptionis ſe tueri nequeant, quo minus loco operam penſionem pecuniariam præſtare debeant, Brunnem. *dict. Deciſ. 76. n. 4.* Knichen. *dict. cap. 3. n. 70. & ſeqq.* Klock. *de Contribut. cap. 2. n. 66. ſeqq.* Carpzov. *Jurisprud. for. P. 2. Conſt. 4. Def. 4.* vielweniger 8) ſie ſich dem Dienſtgeld aus dieſem Prætext entziehen können / als ob ſie keine ungemeſſene Dienſte ſchuldig wären / inmaſſen alle andere Braunfelſiſche Unterthanen / wie in Actis beſtändig als ein Notorium angeführet wird / ad illimitatas operas, etiam ratione loci verbunden ſind / ja die Hoingiſche Unterthanen ſelbſt / laut eines in Actis ſub *Num. II* angezogen und dem erſten Bericht nach Wien annectirten Inſtrumenti Notariatus coram Notario & Teſtibus freywillig und offentlich bekannt haben / daß ſie und ihre Vorfahren ungemeſſene Dienſte geleiſtet /

leiſtet / nach Franckfurt / Mayntz / Schwalbach / ins Rheingau / in die Pfaltz und anderwärts hin ohnentgeldlich gefahren / folglich die litigirende Parthey ſich nun auch darzu verſtehen muß / zumahlen 9) ohne dem Dominus Regionis ex Superioritate Territoriali generalem præſumptionem ratione operarum ac ſervitiorum und adverſus Ruſticos fundatam intentionem hat / ut citra temporis vel quantitatis determinationem pro util tate & neceſſitate ſua ſervitia ungemeſſene Frohn- und Dienſte exigere poſſit, Textor. *de Jur. Publ. Stat. Imp. tit. 4. n. 301.* ubi recte ait: *In dubio intentio Domini Territorialis exigentis Servitia Subditorum, fundata intelligi debet.* Fromman. *de Oper. Subditor. & maxime Ruſticorum cap. 1. §. 9.* Myler. *de Princip. & Stat. Imp. cap. 72. per tot.* Hinc ſubditus limitationem ac reſtrictionem ſervitiorum allegans, quoniam hæc facti eſt, & privilegium ſapit, eam probare debet, JCti Argentoratenſ. *vol. 1. Conſil. 1. n. 14.* Welcher Beweißthum aber 10.) dadurch gar nicht præſtiret iſt / daß die ſtreitende Unterthanen die Dienſte vor dieſem allezeit nach Hoingen und niemahls nach Braunfelß verrichtet haben: innaſſen ihnen dadurch gar keine Gerechtigkeit quaſi per præſcriptionem wider den jetzo regierenden Hrn. Grafen acquirirt iſt / als ob derſelbe die Dienſte nach Braunfelß zu prætendiren nicht befugt ſey: weil ja derſelbe ehe und bevor ihm die Herrſchafft Hoingen per Succeſſionem anheim gefallen / keine Dienſte von ihnen hat fordern können / folglich auch keine Præſcriptio wider ihn ſtatt findet / quoniam non valenti agere non currit præſcriptio, per vulgata. Und wann ſie gleich 11.) den geſetzten Fall auch hiebevor da die Landesherrn zu Braunfelß / wie jetzo / gewohnet / niemahls einige Dienſte dahin geleiſtet /

oder Dienſtgeld dafür gegeben hätten / dennoch auch da-durch ihnen keine Libertas à Servitiis wäre acquiriret wor-den / quoniam immunitatem ex præſcriptione prætendens probare debet ſe fuiſſe aliquo tempore requiſitum, ut ſer-vitia & horum nomine collectas ſolveret, Roſenth. *de feud. cap. 5. concluſ. 84. n. 3.* Mynſing. *Decad. VII. Reſp. 70. num. 3.* Barthol. *in l. cum ſcimus Cod. de Agric. & Cenſit.* & *in l. in fi-liis C. de Decur.* Maſcard. *de Probat, Concluſ. 884. n. 2.* Alex. *Conſil. 136. Vol. 2.* Winzler. *de Collect. Obſ. 18. n. 3.* Carpz. *Jurisprud. for. P. 2. Conſtit. 52. Defin. 12. n. 5.* adeo ut licet Dominus Regionis per mille annos nullum ſervitium, aut ejus nomine aliquod ſubſidium a Ruſticis petierit, non tamen hi libertatem præſcribere poſſint, Dn. de Lyncker. *Reſponſ. 25. n. 24.* Beſold. *Conſil. 279. n. 51.* Nolden *de Oper. Subdit. cap. 6. §. 73.* Erhard. *de Oper. Ruſt. Concluſ. 32. lit. F.* Secundo factum aliquod ex parte ipſius, ſcilicet contradi-ctionem & recuſationem ſolvendi interveniſſe, quia per ſolum non uſum libertas non præſcribitur, *L. 6. de S. U. P.* Tertio quod Dominus Regionis contradictioni ejus acquie-verit, atque adeo allegationem immunitatis per longin-quum aſſenſum quaſi agnoverit, Dn. de Lyncker. *dict. Reſp. n. 28.* deren Requiſitorum keines die litigirende Unterthan-nen in Actis beygebracht: Weshalben auch 12.) ſie ſich darauf nicht beruffen können / daß als der Herr Graf die Graffſchafft Hoingen geerbet / und die Huldigung einge-nommen / Er ihnen verſprochen / daß Er ſie bey ihren Rechten und Herkommen ſchützen wolle: Innmaſſen ſie einiges Recht oder Immunität von denen Dienſt-Geldern noch niemahls gehabt / noch ein beſtändiges rechtliches Herkommen / quod effectum juris habeat, und pro con-ſuetudine oder præſcriptione zu halten wäre / keines we-

ges

Digitized by Google

geducirt haben / quoniam ex ſolo non uſu aut non actibus, conſuetudo nulla inducitur, Cynſ. *in L. 2. C. quæ ſit long. conſuet.* propterea nec immunitas à Servitiis vel collectis, per ſolam intermiſſionem ſervitiorum vel collectarum (per ea quæ jamjam dicta ſunt) non acquiritur; Dn. de Lyncker *dict. Reſp. 25. n. 20.* Endlich 13.) die Hoch-Gräfl. Herrſchafft ſich ſelbſt deſſen was Anwalt der Hoingiſchen Unterthanen verſchiedentlich anführet / zu beſcheiden weiß / quod nempe operæ, etiam indeterminatæ moderandæ, nec nimium extendendæ ſint; geſtalten vorhin gezeiget iſt / daß bey dem angeſetzten Dienſtgeld keine Unbilligkeit vorhanden ſey / und über dem dieſelbe ſich in Actis declariret haben / daß wann einer oder ander ſein Ohnvermögen vorſtellen würde / ſie denſelben (wie ſie dann auch den ſonderbahren hohen Ruhm der Beneficentz und Gütigkeit haben /) als ein Vater Chriſtlich tractiren / und über die Gebühr niemand beſchweren wollten: So können dieſen allen nach wir nicht anderſt dafür halten / als daß vorgedachtes wegen des Dienſtgeldes gemachtes Gravamen nicht gegründet / ſondern die Unterthanen daſſelbe an ſtatt der ſonſt in Natura nach der Herrſchafftlichen Reſidentz zu præſtirenden Dienſten / abzutragen ſchuldig ſeynd; wobey wir noch dieſes zufügen / daß wann gleich von der vorigen Herrſchafft / Herrn Graf Moritz von Hoingen / imgleichen Herrn Grafen Henrichs Trajectini von Braunfelß in dieſem Punct etwas remiſſius, pro ratione meliorum temporum, oder auch ex liberalitate mit Darreichung der Speiſe (da ſonſt vermög der Rechten *L. ſue victu 18. &* *L. quod niſi 20. ff. de Oper. Libert.* Lauterb. *Colleg. Theor. pract. tit. de Oper. Libert. §. II. in fin.* Maul. *de Homag. tit. 4. n. 20.* Stamm. *de Servit. Perſonal. L. 5. cap. 21. n. 5.*

§. XXX.

Ex prædictis infert Lyncker *in Deciſ. 1442.* Translationem operarum de loco remotiore, ad locum ruſticis viciniorem, etiam ipſis contranitentibus fieri poſſe, non enim tunc patiuntur ſubditi, cum ſpatium majus includere videatur minus, & renitentia eorum magis pro puniibili pertinacia, quam legitima contradictione habetur, proinde exemtionem prætendentes in ordinem omnimodo redigendi & cum dicta Deciſio omnia quæ hactenus diſſeruimus latius exponat, eam adjicere non pigebit. n. Capreolo, würden von dem Fürſten / die deſſen Ambt / in Capreoli Dorff / ſchuldige ungemeſſene Pferd- und Hand-Frohnen / zu ſeinem Guth / vererbt; welches zwar etliche derer Unterthanen / als ihnen ſolches im Ambt angezeiget worden / eingegangen / und darauff angelobet; die übrigen aber ſich zu dieſer Verſetzung nicht bequemen wollen: nec enim mutationem vel translationem ſervitiorum, de loco ad locum, fieri poſſe. Sichard. *ad rubr. n. 7. C. de Oper. Libert.* Maul. *de Homag. tit. IV. n. 14.* Huſan. *de Homin. propr. cap. 6. n. 74.* Berlich. *I. Deciſ. 221. n. 4.* Ob gleich Capreolus ſich erkläret / das gantze Jahr über / nicht mehr von jedem / ſo wohl Auſpanner / als Hinter-Siedler / denn zwölff Tage dergeſtalt zu begehren / daß die Pferdner Wöchentlich / wann es Zeit zu pflügen / jeglicher einen Tag / und die Handfrohner oder Hinter-Siedler bey der Haußhaltung / die vorfallende Handarbeit / verrichten ſollten; da ſie voriger Zeit eine halbe Meile nach denen Dienſten zu gehen / auch unter andern die ſchwere Wolffs- und übrige Jagden / auf etliche Meile verrichten / auch vielmahl etliche Tage und gantze Wochen damit auswärts zubringen müſſen. Nachdem

aber

aber die Verwandlung/ sodann nicht geschehen kan/wann dadurch der dienſtbahren Leute Conditio durior gemacht werden wolte : aber diſsfals ſolches nicht geſchiehet ; da an ſtatt die Bauren bey dem Ambt früh und ſpät/ in der Nähe und Ferne/ fort gemüſst/ die Pferde abgemattet/ Schiff und Geſchirr verdorben/ und offt des Nachts in vielen Tagen nicht heim kommen / zumahl aber Winters-Zeit / die ſchweren Jagts-Dienſte / wobey ihnen das geringſte nicht gereicht worden / mit Aufwendung ziemlicher Unkoſten und groſſer Verſäumnuſs / verrichten müſſen : Hingegen ſie künfftig nur die geſetzte Tage / des Morgends um 6. Uhr in Acker ziehen / um 11. Uhr Mittag machen / um 1. Uhr Nachmittags wieder anſpannen / und des Abends um 6. Uhr Feyerabend machen ; und zwar vorm Dorff / daſs ſie dazu weder Karn noch Wagen / noch eintzigen Knecht / oder andere Beyhülffe brauchen : Die Handfrohner aber ihre Verrichtung im Adelichen Hauſse/ Garten oder Feld vorm Dorff haben/ und deren jedem des Tags 6. Pf. gereichet werden ſollen : cujusmodi caſu, ubi ſubditorum conditio non fit deterior, converſionem & ceſſionem operarum licitam eſſe, communiter ſtatuunt Coler *1. d. Proc. Exec. cap. IX. n. 41.* Beſold. *Conſ. 189. n. 18.* J. E. Erhard *Concl. 28. de Oper. Ruſtic. tit. 6.* So ſeynd ſolche Verwend- und Verwandlung derer Frohnen / die Unterthanen über ſich zu nehmen / oder aber die vorhin ihnen obgelegene ungemeſſene Dienſte / wie ſie ſolche ins Ambt leiſten müſſen / Capreolo zu deſſen Guth zu leiſten verbunden. Und weil von demjenigen / was ſtipulato, beſonders in judicio zugeſagt und eingegangen wird / niemand wieder zurück tretten kan / *L. 5. C. de O. & A. L. 22. §. fin. Mand.* & quod

ſemel

ſemel placuit, amplius diſplicere nequit. *C. 21. d. R. I. in 6.* So mögen diejenige / welche ſich zur Verwandlung ſchon bequemet / ſich nicht wieder zu denen Contradicenten ſchlagen; ſondern werden zu denen verſprochenen Dienſten durch gehörige Zwangs-Mittel billig angehalten. Menſe Jun. 1689. Nach Gleina.

§. XXXI.

Caute tamen in hoc mutationis genere, ne ſub prætextu levaminis ſubditorum, ipſis durior Conditio imponatur, vel Jus illis quæſitum inique lædatur, omnino proſpiciendum, hinc minus recte ex eodem principio mutationem intuitu objecti ſcil. operarum in pecuniariam præſtationem defendes, hic enim aliud ſolvere tenerentur debitores quam ad quod ſe ab initio obſtrinxerunt, in prædictis caſibus vero eædem numero operæ manent, & ex vel minuuntur, vel ad aliam perſonam aut locum ſolummodo extenduntur, prius detrimentoſum, poſterius ruſticis proficuum eſt, & periculoſa ſane hac in parte eſt ratio Brunnem. *in Cent. 4. Deciſ. 76. in fin.* eſſe faciliorem pecuniariam, quam ipſam operarum mutationem, quod certe miſeris hiſce & calamitoſis Germaniæ Noſtræ temporibus, ubi pecunia rara ferme ruſticis avis eſt, vix procedet, & ſi verum eſſet, an inde ſequitur, ergo operarum debitores inviti pro ſervitiis pecuniam præſtare tenentur? quis enim ita concludet, facilius debitor poteſt præſtare bovem quam equum, ergo pro equo bovem invitus ſolvere tenetur, in ſumma quoties ſubeſt præjudicium ſubditorum & eorum, mutationem quomodocunque non fieri rationabiliter intereſt, toties ea ex æquitate Juris Naturalis penitus præcavenda. Earum vero operarum mutationem, quæ æquipollentiam quandam habent & ſubditos ultra

Digitized by Google

ultra præfinitam præſtandi ratione nihil, aut parum gravant, maxime ſi determinata alias ſervitia, nihil utilitatis præberent, facilius concederem, hinc qui ſunt obligati quotannis tria jugera arare pro ſeminando horto, prædium, etiamſi Dominus avenam injicere velit, aptare coguntur, exigua enim hic eſt diſtantia temporis, Fromm. *de Op. Subdit. §. 7.* Balthaſar *cap. 16.* ſecus foret in ſiligine & tritico cum hi fructus tempore hyberno, priores æſtivo terræ mandentur, vid. Schæfferum *in Quæſt. Jur. Quæſt. 37. 44. & ſeqq.* neque etiam ſi ſubditi vel Ruſtici ad certa tantum ſervitia ſint obligati, puta, ut meſſem colligant, uſus vero eorum per fatum, puta, hoſtium incurſum vel vim tempeſtatis calamitoſæ hoc anno nullus ſit, non tamen propterea alias operas manuarias præſtare tenebuntur, quia utilitasque nunc interverſa, alio tempore reviviſcere poteſt *L. 22. §. 1. L. 31. de Operis Libert.* Erhard. *Concl 7. lit. B.* Knipſchild *de Nobilitat. L. 3. cap. 21. n. 14.*

§. XXXII.

Sexta mutationis cauſa eſt PARTIVM CONVENTIO add. Balthaſ. *in C. 2.* & Huſan. *de homin. propr. cap. 6. n. 40. & ſeqq.* licet enim pactis atque ſtipulationibus conditionem ſuam meliorem vel deteriorem, præſuppoſita habilitate ſubjecti, facere *L. cum ſcimus 22. C. de agric. & cenſit. L. 23. eod. §. penult. J. de Jure Perſonar. L. 42. de Operis Libert. L. 2. & 5. C. eod.* & ſicuti per conventionem licuit primitus operas ſuſcipere *d. L. 42. de Oper. Libert.* quidni permiſſum erit, quoties non ſubeſt præjudicium tertii, easdem vel in melius vel deterius mutare? idque in omnibus omnino operis, ſive vectoriis ſive manuariis, allodialibus, feudalibus, aulicis aliisve, ob paritatem rationis, locum habebit, & illa mutatio per conventionem poteſt

fieri de tempore in tempus, ut puta cum alias regulariter de die præſtentur, etiam de nocte fiant, ut in excubiis Wehnerus *in voce* Ding *Notel.* Balthaſar *cap. 13.* Engelbrecht *de Operis Ruſticor. theſ. 68.* De loco ad locum, ita ut etiam extra territorium, ad earum præſtationem (etſi alias eæ regulariter limites Provinciæ, uti Camera judicavit, non egrediantur, Erhard *concluſ. 24. lit. B.* Carpzov. *L. 1. R. 51.* Horn. *Conſult. Claſſ. 6. R. 5.*) hac via debitores indiſtincte obligari poſſint, Balthaſar *cap. 14.* De re ad rem, ut pro operis ruſtici pecuniam præſtent, nulla enim tunc ipſis fit injuria Lauterbach *in Colleg. Theor-pract. de operis Libert. §. 11.* Richter *Deciſ. 98. n. 34.* Ubi ſciendum quod quando plures exiſtunt earundem operarum debitores. V. G. tres pagi ad 24. operas vectorias Domino teneantur, huic quidem aliquibus immunitatem concedere, vel a certo pago pecuniam pro operis accipere permittatur, dummodo tamen id ſine injuria & aggravatione reliquorum contingat *L. 3. C. de Bon. libert. Nov. 78. C. 2.* Erhard *de Oper. ruſtic. th. 32. lit. G.* add. Sixtin. *de Regal. L. 2. C. 2. n. 23. ſeq.* & in genere obſervandum, quod, quia hic de præjudicio ſingulorum agitur, majora in communitate vota concludere nequeant, ſed cujuslibet conſenſus ad immutationem operarum deſideretur Berger *in p. 1. R. 44.* Horn. *Cl. 6. R. 5.*

§. XXXIII.

Ea autem conventio vel eſt limitata & reſtricta, vel generalis & indefinita; priori caſu intra tempus expreſſum operas exigere nequit Dominus, utique vero eo effluxo, quia limitata cauſa limitatum producit effectum & quæ ſunt reſtricta ad tempus ultra illud nihil operantur arg. *§. 1. & 2. de Attil. Tutor.* Poſteriori vero nunquam Dominus ad operas redire poterit, habent enim ſubditi jus ex conven-

tione

Digitized by Google

tione quæſitum, quod ipſis non eſt auferendum *L. 1. de Pact. L. 1. de Pecun. conſtitut.* junge Huſan. *de homin. propr. C. 5. n. 76. ſeq.* & Pacta legem negotio dant *L. 23 de Pactis*, idque præjudicio confirmat Richter *Deciſ. 34.* niſi forte conventum fuerit, ut pro Beneplacito Domini pecunia pro operis præſtetur arg. *L. 4. Locati.* vel circumſtantiæ aliud ſuadeant, utputa: ſi forte tempore conventionis nullus alius fuit operarum uſus, tunc enim ad illud tempus quo uſus intervertitur conventio reſtringitur Carpz. *P 2. Conſt. 4. Def. 4.* Horn. *d. l.* & videtur Dominus ruſticis tantiſper operas locaſſe quo ad utilitas earum rurſus apparet Richter *d. l. n. 35.* etſi alias pacta contra eum qui legem conventioni clarius dicere potuit, regulariter interpretemur, *L. veteribus 39. de Pactis.* Ita quoque indefinita conventio ob interventum tertiæ perſonæ aliquando ad tempus huic competens reſtringitur, nimirum: ſi operæ certa pecunia æſtimatæ, tertio cuidam oppignoratæ fuerint, conventio tam diu effectum ſortietur quamdiu oppignoratio durat, cum cauſam hanc ſolummodo reſpexerit Dominus add. Richter *c. l. n. 36.* multo magis autem quando conventioni, clauſula reſervatoria inſerta fuit, ad operas redire licebit, Berger. *d. l. p. 71.*

§. XXXIV.

Conventio quoque ex ſolitis inſolitas efficit, ita enim etſi ad operas venatorias omnia ſervitia pertineant, ſine quibus venatio commode exerceri nequit, veluti Reita aliaque inſtrumenta venationi inſervientia convehere, canes ducere, in locis aſſignatis ſtare, feras circumdare, easque præſtolari. *arg. L. 2. de Juriſdict.* Mingius *de Superior. Terr. cap. 6. Concl. 78.* tamen ad conſueta non ſpectat canum venaticorum educatio vel nutritio, ſed inſolitum quid atque

inuſitatum & durum admodum ſubditis onus continet, Wehner *in Pract. Obſ. voce* Forſtrecht. Interim etiam per conventionem tale quid imponi poſſe non dubitatur, quia conditionem ſuam ſubditus deteriorem efficere poteſt *L. 22. C. de Agricol. & cenſit.* neque hic aliqua moralis turpitudo ſubeſt Maul. *de homag. tit. 3. n. 2.* Guido Pap. *Deciſ. 414. n. 1.* Balthaſ. *de Oper. Subdit. C. 11. verſ. pro confirmatione hujus aſſertionis.* Ita quoque per conventionem operas feudales inſolitas vaſallus recte ſuſcipit Vultejus *de feudis L. 3. cap. 3. n. 22.* Klock. *Th. 3. Conſ. 33. n. 179.* Kohl. *de Servit. Feud. d. l.* Pari modo inſolita eſt ſubditorum ad caſtrum Domini excubiarum præſtatio, ſtabuli vel cloacæ purgatio arg. *L. un. Cap. ne operæ à Collat. exigantur, L. 1. & 2. C. Ne ruſtici ad ull. obſequium de voc.* Carpz. *Part. 2. Conſt. 51. Def. 1.* Sixtin. *de Regalibus L. 2. cap. 13. n. 69.* Inter alias tamen quas ſuggerit Balthaſ. *d. l. verſu. Hæc autem concluſio.* limitationes etiam conventio, quæ utramque hac in parte paginam implet; recenſetur. add. Ahasv. Fritſchii *Tract. 19. cap. 8. n. 5.* Fromman. *de Operis Ruſtic. §. 41.* Engelbrecht §. 27. Pactum quoque ſumtus, vel addicit vel denegat, iisque modum ponit; ac quid circa inſtrumentorum, ad operas neceſſariorum exhibitionem & reparationem juris eſſe debeat, ſæpe numero determinat, ad quam conventionem, ubi dubium exiſtit, uti jam tum *in Diſſert. 1. C. 2. §. 21.* inſinuavimus, tanquam ad ſacram anchoram recurrimus, Zaſius *in ſingular. Tract. L. 1. cap. 3. n. 55. ſeqq.* Huſanus *de hom. propr. cap. 6.* Balthaſ. *d. c. 10. §. unde ſi dubium incidat.*

§. XXXV.

Obiter adhuc monendum (1.) talia per conventionem eſſe injungenda ſervitia, quæ non impoſſibilitatem vel moralem vel naturalem continent, alias enim ejusmodi

generis

generis pactio, tanquam bonis moribus contraria effectu deſtituetur. *L. 35. pr. L. 72. de V. O. L. 185. de Reg. Jur.* Qua de re jam tum ſupra §. 22. cum ſeqq. egimus. Obſervandum (2.) quod omnis conventio ita intelligenda rebus in eodem ſtatu manentibus & ne pars altera aliquo modo prægravetur, unde concludit Lyncker, caſu quo Princeps, cui ſubditi, longe à Curia diſſiti, operas venatorias debent, cum iisdem, ut loco earum certam pecuniæ ſummam, (ſalvis tamen, quoties ipſe in perſona venationem exercet, ſervitiis) annuatim præſtent, pactionem init, & poſtmodum jus venandi in alium transfert, non poſſe novum Dominum definitam nummorum quantitatem & operas ſimul, quando ipſe venatur prætendere, ita enim ſubditis conventio nihil prodeſſet, hi duplici onere, præſtandæ ſcil. pecuniæ & ipſarum operarum, exhibitioni premerentur, & nemo facile credet, operarum debitores, ſi ceſſionem hanc prævidiſſent, conventionem tam nocivam inituros fuiſſe, probe gnari, quod in loco longe remoto rarius, aut ad minimum majori cum difficultate quam propinquo, venatio exerceri ſoleat Lyncker *Deciſ. 1361.*

§. XXXVI.

Septimam cauſam mutationis conſtituit OBSERVANTIA & octavam CONSUETUDO, quæ duo capita non ideo conjungimus, quaſi, prout à multis contingit, hæc Synonima eſſe arbitremur, ſed ob magnam, quæ inter has cauſas, in & per ſe ſeparatas, intercedit affinitatem, & quod in puncto juris ratione obſervantiæ ſequimur, illud multo magis in conſuetudine obtinere debeat arg. *L. 32. de LL.* Etſi vero non negemus Obſervantiam in quæſtionibus juris aliquando legis vel Statuti exiſtentiam præſupponere v. g. quando quæritur an jus unquam in obſervan-

tiam deductum ſit, nec ne? item, utrum operæ, quæ vigore Juris Patrii debentur, unquam exactæ ſint? quam conſiderationem ad diſtinctionem conſuetudinis & obſervantiæ ſequuntur Suendendorffer *in notis ad Eckhold. ſub tit. de LL. §. 26.* & Lyncker *in Anal. ad Struvii Synt. J. C. Exerc. 2. th. 22.* add. Carpz. *Deciſ. 101.* Schilt. *in Exerc. 1. §. 8.* Nos tamen, etiam obſervantiam antecedere poſſe conſuetudinem, non improbabiliter, ut opinor, ſuſtinemus, & per eam nihil aliud quam actus, aliquando ad conſuetudinem vel præſcriptionem tendentes, indigitari autumamus: Ecce enim unicus actus præprimis in poſſeſſorio ad obſervantiam ſufficit *L. 14. §. 2. de alim. vel. cib. leg.* Decianus *volum. 3. Reſp. 96. n. 8.* Berger *in Oecon. Juris L. 1. tit. 1.* (ubi & uſum hujus obſervantiæ, in emtione mercium tabernariarum, per miniſtros, vel una vice miſſos, emtarum demonſtrat add. Eckhold. *l. c.*) Nunquam vero ad conſuetudinem, Franzkius *in Comment. ad ff. de LL. n. 11.* Lauterbach *Exerc. 2. concluſ. 8.* Mevius *P. 4. Deciſ. 3. & P. 2. Deciſ. 378.* ut taceam quod obſervantia ſæpe tribuat aliquod jus particulare, veluti quando Privatus adverſus alium operas per aliquod tempus exegit, hicque indebitas præſtitit, obſervantia utique eſt, ſed nec præſcriptio, quia legitima requiſita ad jus perpetuo exercendum deficiunt, nec conſuetudo, utpote: quæ jus aliquod univerſale conſtituit, porro obſervantia ſolummodo continuationem earundem operarum, quamdiu contrarium ab adverſario non probatur, communiter operatur; conſuetudo autem ſemel legitime introducta, cum jus ipſum ſit, probationem in contrarium non admittit *d. l. 32. & 37. de LL.* unde patet quod, quando DD. Obſervantiam cum Conſuetudine confundunt, illos ſeparanda combinare, vel ſub obſervantiæ vocæ, in materia operarum ſimilive,

ſemper

Digitized by Google

ſemper inveteratam, vulgo ein alt Herkommen / quæ jus ſtabile perinde ut conſuetudo introducit, intelligere, qua in opinione quoque eſt cum pluribus allegat. Balthaſar *de Oper. ſubdit. in capit. II. verſu Deficiente ſeqq.* qui ibidem multa huc non pertinentia, veris deſtitutus principiis adducit. Interim quia ut monuimus in puncto mutationis, etſi non durationis, jura hæc conveniunt, ne verboſa fiat diſputatio, quod in uno deciditur, id in altero, niſi contrarium aſſignetur, juſtum quoque reputabitur.

§. XXXVII.

Effectu autem obſervantia utplurimum in caſuum dubiorum interpretatione ſe exerit, huc enim potiſſimum in decidendis occurrentibus in materia operarum controverſiis, quando verba conventionis obſcura ſunt, reſpicere judicem convenit *L. 23. & 37. de LL. d. l. 14. §. 2. de alim. vel cib. leg.* Marburgenſes *volum. 4. conſ. 43. n. 34.* Beſold. *P. 5. conſ. 199. n. 50.* Fromm. *de Oper. Ruſt. §. 39.* Sciendum autem quod ſpecialis alicujus loci vel provinciæ obſervantia aut conſuetudo, ſi legitimæ probetur arg. *L. 5. de Probat. L. 4. §. 1 de hered. inſtit. C. fin. de Reſtit. ſpoliat. in 6.* Klock. *vol. 2. conſ. 4. n. 185.* Mynſing. *Cent. 5. Obſerv. 68.* præponderet generaliori Mynſiing. *Decad. 11. Reſp. 3. n. 1.* Balthaſ. *d. c. 11. verſ. porro.* ubi etiam, quod deficiente locali vel provinciali aliquando ad vicinarum provinciarum obſervantiam recurramus, inſimul inſinuat, unde (1.) obſervantia vel conſuetudo quænam operæ ſolitæ, quænam inſolitæ dicantur, cum hac in parte & pagorum, præfecturarum ac provinciarum jura non raro diſcrepent, determinat, vid. Lyncker *in Deciſ. 546.* Engelbrecht. *de Oper. Ruſtic. Theſ. 41. in fin.* Efficit (2.) ut pro ſolitis inſolitæ operæ præſtentur, veluti ut non tantum caſtrum Domini Juriſdictionalis vid Fromman. *§. 41.* Carpz. *P. 2. cap. 51.*

Def.

Def. 1. licet alias operæ debitæ, **wenn des Gerichts-Herrn Weib in Wochen liegt /** non ſint producendæ ad filii familias uxorem, quando ipſa in puerperio eſt, nec quæ præſtandæ ſunt **bey Krancken** ſine deſcrimine ad puerperium extendantur; tamen & hic aliud obſervantia vel conſuetudo introducere poteſt, Berger *in Oecon. Jur. l. 1 tit. 2. §. 1. nota 8.* ſed & maleficos cuſtodire Carpz. *d. l. Def. 1.* & canes venatorios alere teneantur. Balthaſ. *capite 11.* Efficit quoque (3.) ut forenſes ad contributionem Eccleſiæ & operas teneantur, ſub qua bona immobilia poſſident, Carpz. *Jurisprud. conſiſt. L. 2. Def. 349. n. 14.* à Servitiis feudalibus (4.) liberat & vaſallos immunes facit *2. feud. 104.* Kohl. *de Servit. Feud. p. 1. n. 116.*

§. XXXVIII.

Modum porro (5.) in operis ædilitiis, de quibus vide Bergerum *cit. loc. not. 3.* ponit, easque (6.) extra territorium extendit Balthaſ. C. *14.* & quamvis id, uti jamtum ſupra monuimus, ita intelligant DD. modo Ruſtici eodem quo evehunt die domum (niſi in conſequentiam ſuperioritatis territorialis præſtandæ, quippe quæ ſecundum normam neceſſitatis commenſurantur) remeare queant Erhard. *de Oper. Ruſt. Concluſ. 24. lit. B.* Balthaſ. *d. l.* præjudicia habet Berger *d. l. not. 3.* tamen & hic aliud conſuetudine introduci poſſe nemo facile dubitabit *L. 32. de LL.* Huſanus *de homin. propr. cap. 6. n. 90.* Brunn. *ad L. 18. de Oper. Libert.* ubi inſuper obſervandum quod ſi in loco diſſito præſtentur: ita ut aliquot dies earum præſtatione ſint inſumendi, hi Ruſticis prodeſſe *l. 20. § 1. de Oper. Libert.* & in numerum reliquarum computari debeant, Balthaſ. *cap. 13. verſ. quæritur autem* Engelbrecht *d. l. theſ. 63.* quod ſi tamen in viciniori loco æquali pretio quam in remotiori, res V. G.

ad

ad ædificationem domus neceſſariæ, haberi poſſint, non debet jus cavillari, nec contra æquitatem gravandi ſubditi, imo tunc deſiderium Domini magis in ruſticorum vexationem, quam juſtam prætenſionem declinaret. Berger *cit. loc.* ibi daß Klägere mit der ihnen zuerkannten Anführung derer Bau-Materialien von andern Orten auff denjenigen Fall wann ſolche in gleichem Preiß auff der Elbe zu erlangen / nicht unbillig zu verſchonen. item (7.) ex diurnis nocturnas efficit, Balthaſ. *cap. 13. verſ. circumſtantia.* Huſan. *de homin. propr. cap. 6. n. 96.* Stamm. *de Servit. Perſon. L. 3. cap. 21. n. 3.* Mutat (8.) objectum, operas in pecuniam & vice verſa (9.) modum ponit cibariis uti jam tum monitum in *Diſput. 1. cap. 2. §. 21.* add. Hahn. *ad Weſenbec. tit. de Oper. Libert. n. 4.* Carpzov. *P. 2. Conſt. 52. Def. 4.* & Brunn. *ad L. 18. de Oper. Libert.* & quid (10.) circa inſtrumenta, eorum præſtationem, amiſſionem, vel deteriorationem juris ſit, in caſibus ſpecialibus declarat, vid. *Dict. Diſſert. §. fin.* in ſumma quod poteſt facere conventio, id non eſt, denegandum conſuetudini Balthaſ. *cap. 9. verſ. 2.*

§. XXXIX.

Nona mutationis operarum cauſa eſt OBLIGATIO ALTERNATIVA, ſive illa ex conventione ſive conſuetudine, ſtatuto aliove jure dependeat, nam Statuta provincialia in materia operarum multum operari, partim ex *L. 6. de Evict. cap. 19. X. de jure jurando. cap. 13. X. de eo qui mittitur in poſſeſſ.* partim ex æquiparatione hujus juris cum conſuetudine *L. 32. §. 1. L. 33. de LL.* & quotidiana experientia luculenter pateſcit, quod enim legitimo modo & rationabili ex cauſa à Summa Poteſtate ordinatum eſt, id gravaminis nomen non meretur, cujusmodi Ordinationes

nes in Saxonia, Bavaria, Provinciis Regis Boruſſiæ, & terris Brunſuicenſibus & Luneburgicis aliisque extare notant Balthaſ. *de Oper. Subdit. cap. 9.* Stamm. *de Serv. Perſ. L. 3. cap. 14.* reſpicit autem illa obligatio alternativa vel favorem Domini & tunc is pro lubitu variare, ac loco operarum pecuniam, nec non pro nummis viciſſim operas exigere poterit, quo reſpicit Seckendorff *Tract.* vom Fürſten-Staat *P. 3. cap. 2. §. 4.* Carpz. *L. 1. Tit. 6. Reſp. 52. n. 8. & ſeq.* item *n. 40. ſeqq.* idque jus obtinet in Ducatu Guelpherbytano juxta Receſſum provincialem *de A. 1710. d. 18. Aug.* editum, ibi: Dienſtpflichte Unterthanen in Dienſt-Geld zu ſetzen/ ſtehet denen aus der Landſchafft eben ſo wohl als gnädigſter Herrſchafft frey/ wie dann auch ein Dienſt-Herr befugt iſt/ wenn er wegen ſchlimmen Wetters oder ſonſt die Dienſte in Natur nicht gebrauchen kan/ das gewöhnliche Dienſtgeld davor zu nehmen/ ubi duo obſervanda, (1.) quod conſtitutio illa loquatur de iis, qui ad operas ſunt obligati, deinde (2.) de ſolita præſtatione pecuniaria, neque licebit ultra modum hactenus conſuetum præſtationem pecuniariam quotannis aggravare, ibi: das gewöhnliche Dienſtgeld. Sin vero obligatio illa alternativa favorem ipſorum debitorum reſpiciat, puta, ſi alternative vel ad operas, vel ad pecuniariam præſtationem ſe obſtrinxerint, tum illi, utpote debitores, jus eligendi habent, *arg. L. 10. §. fin. de jur. dot.* Berger *in Oecon. Jur. L. 1. tit. 2. §. 8. not. 9. in fine.* Carpz. *Part. 2. Conſt. 4. Def. 5.*

§. LX.

Ultima denique cauſa mutationis operarum eſt PRÆSCRIPTIO, ſicuti enim hac via ab initio primitus introduci potuerunt *L. 20. C. de Agric. & Cenſit.* Balthaſ. *de Oper. Subdit.*

Digitized by Google

Subdit. cap. 9. verſu quinto denique Klock. *de Contribution. cap. 2. n. 46.* Knipſchild. *de Nobilitat. L. 3. cap. 21.* ita pari modo mediante ea mutatio de re ad rem, de perſona ad perſonam, de tempore ad tempus, de loco ad locum &c. recte inducitur, nihil enim hic obſtat quod remoram creare poſſit Maul. *de Homag. tit. 4.* Fit autem immutatio operarum vel in favorem Domini, itaque graviores ſubditis operæ imponuntur, vel in utilitatem præſtantium, & hoc modo eorum conditio melior efficitur.

§. LXI.

Priori caſu, quæ à nonnullis dicitur præſcriptio Affirmativa *L. 23. §. 1. C. de Agric. & Cenſit.* Ut ea legitime procedat, miſſis aliorum ſententiis, quas late recenſet Balth. *in cap. 9. per totum* à parte Domini exactionem bona fide factam, à parte ſubditorum liberam & non contradictam præſtationem, nam, ſi imperioſa juſſio, carcer, pignoratio, eos ad inconſuetas ſervitiorum præſtationes coegit, præſcriptio non procedet *can. 6. cauſ. 10. quæſt. 3.* Menoch. *de arbitr. Jud. quæſt. L. 2. caſ. 160.* & Balthaſ. *d. l. verſu. Cæterum.* Deinde in operis allodialibus lapſum decem vel viginti annorum, pro diverſitate præſentiæ vel abſentiæ, deſideramus *L. 10. ſi ſervit. vindicet. L. fin. C. de præſcript. long. temp.* & fruſtra utique dicta *L. 10.* à quibusdam ad poſſeſſorium reſtringitur, ut prætendens quidem tantiſper in quaſi poſſeſſione exigendorum ſervitiorum manuteneri, non vero in petitorio obtinere debeat, uti ſentiunt Maul. *de homag. tit. 4. n. 7.* Zigler *ad aureum praxin.* Nicolai Calvoli *§. nobiles. n. 57.* idque laudat Balthaſ. *d. l. verſu. pro cujus reſolut.* & verſu. *in poſſeſſorio*, nam manifeſte repugnant verba dicti textus, ibi: *jus aquæ ducendæ nactus* quod utique à quaſi poſſeſſione Juris diverſum eſt, item *quo aqua conſtituta eſt.*

 jung.

Digitized by Google

